quãdo poeta ille facundissimus inter sua carmina. Jã noua Virgilius
progenies celo dimittitur alto dicebat: christo testimonium perhibebat? In dubiũ hoc veniet: nisi alios ex gentib⁹ idoneos testes pluraq̃ dicentes in mediũ introducam. Illũ regem qui vestram superbiã captiuãdo perdomuit. Nabucho donosor regẽ scilicet babylonis non pretermittã. Dic nabuchodonosor quid in fornace quo tres viros iustos iniuste timiseris: dic dic quid tibi fuerit reuelatuz? Nõne inquit tres Danie.iiij
viros misim⁹ in fornacẽ ligatos? Et aiũt ei Vere rex. Ecce inquit ego video quattuor viros solutos deambulantes in medio ignis: et corruptio nulla est in eis: et aspectus quarti similis est filio dei. O alienigena: vnde tibi hoc? Quis tibi annunciauit filiũ dei? Que lex: quis propheta annunciauit tibi filiũ dei? Nondum quidẽ mundo nascitur: et similitudo nascẽtis a te cognoscitur. Unde tibi hoc? Quis tibi istud annũciauit: nisi quia sic te diuinus ignis intus illuminauit: vt
cum illic apud te captiui tenerẽtur inimici iudei: sic diceres Deu.xviij.
testimonium filio dei? Sz quia in ore duorũ vel triũ testium Johã.viij
stat omne verbũ. Sicut ipse dominus confutans vestram cõtumaciam. Inlege inquit vestra scriptũ est: q: duor hominũ testimoniũ verũ sit. Etiam ex gentibus tertius testis introducatur: vt testimonium veritatis omni ex parte roboretur. ℣
Quid Sybilla vaticinando etiã de christo clamauerit ī me- Ca.xvj.
dium proferamus: vt ex vnolapide vtrozumq̃ frontes percutiãtur: iudeorũ sc̃z atq̃ paganorum: atq̃ suo gladio (sicut
Golias) xpi oẽs percutiantur inimici. Audite q̃d dixerit. j.Re.xvij.

Judicij signum: tellus sudore madescet.
E celo rex aduenie[t] per secla futurus
Scilicet in carne presens: vt iudicet orbẽ.
Unde deũ cernent incredulus atq̃ fidelis
Celsum cum sanctis: eui iam termino in ipso.
Sic anime cũ carne aderunt quas iudicat ipse.
Cum iacet incultus densis in vepribus orbis.
Reijcient simulacra viri: cunctã quoq̃ gazam.
Exuret terras ignis potumq̃ polumq̃
Inquirens: tetri portas effringet auerni.
Sanctorum sed enim cuncte lux libera carni
Tradetur: fontes eternaq̃ flamma cremabit.
Occultos actus retegens: tunc quisq̃ loquetur
Secreta: atq̃ deus reserabit pectora luci.
Tunc erit et luctus: stridebunt dentibus omnes.
Eripitur solis iubar: et chorus interit astris
Voluetur celum: lunaris splendor obibit
Deijciet colles: valles extollet ab imo.
Non erit in rebus hominum sublime vel altũ.
Jam equantur campis montes et cerula ponti.
Omnia cessabunt: tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur: fluminaq̃ igni.

Et tuba tunc sonitū tristem demittet ab alto
Orbe: gemens facinus miserum variosq; labores:
Tartareumq; chaos monstrabit terra dehiscens.
Et coram hic domino reges sistentur ad vnum.
Decidet e celo: ignisq; et sulphuris amnis.

¶ Hec de christi natiuitate/ passione/ et resurrectione atq; secundo eius aduētu ita dicta sunt: vt si quis in greco capitalium versuum discernere voluerit: inueniet ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ. Id est Jesus Christus filius dei saluator. Quod et in latinū translatis eisdē versibus apparet: preter q̄ grecarum litterarum proprietas nō a deo potuit obseruari. Alios versus sibyllinos christi passionē apertius demonstrantes intentissime audiamus.

Jnmanus iniquas et infidelium postea veniet
Dabunt deo alapas manibus incestis.
Et oribus immundis expuent saliuas venenosas.
Dabit autem in verbera omnino innocens dorsum.
Et colaphos accipiens tacebit: ne quis agnoscat
Quod verbum et vnde venit: vt mortuis loquatur
Et coronam portabit spineam.
Jn cibum autem fel: et in sitim acetum dederunt
Jnhospitalitatis hanc monstrabant mensam.
Ipsa enim stulta: deum tuum non cognouisti
Ludentem mortalibus mentibus: sed et spinis
Coronasti corona: horridumq; fel miscuisti
Templi vero velum scindetur: et die
Medio: nox tenebrosa nimis tribus horis.
Et mortis fatum finiet triū dierū somno suscepto
Et tunc a mortuis regressus in lucem venit.

℟ Primus resurrectionis initium reuocatus ostendit.

Lu.xxiij. Wat.xxvj

Ca.xvij. ¶ Credo iam vos o inimici iudei tantis testibus ita obtutos confutatosq; esse ipsa veritate: vt nihil vltra repugnare: nihil querere debeatis. Qui et si ipsa veritate cui nimia insipientia vel potius amentia: cum omnia nosseris que de christo essent dicta atq; conscripta: inuerecunda etiam frōte dicebatis. Tu de ipso testimonium dicis: testimonium tuum non est verum. Veruntamen vt diuine maiestatis veritas lucescat: supra tot testiū pclaros voces vniuersa creatura testimoniū dixisse vniuersa proclamat. Mōne celum testimonium dixit: quādo nouum sydus in noua hominis progenie velut lingua et digito quo potuit natum deum hominem gentibus demonstrauit? Nonne mare testimonium dixit: quando oblitus quodammodo natura sui liquidus humor soliditate suscepta sui domini portauit impressa: vt impleretur illud quod dictum est. Jn mari enim via tua: et semite tue in aquis multis: quādo eleuatum seruum christi supra se capientem: vt demonstraret quantum interesset inter creaturam et creatorem: lymphis vndapetrum absorbuisset nisi dominus rerū mergenti petro manum porrexisset? Mōne terra testimonium dixit: quando eius conspersa saliua ex ea ceci nati oculos inungens: lumen non videnti restituit: et fabrica quod minus habuit e limo terre artifex reparauit: q̄ totum hominem de terra ante formauit? Mōne inferna christo testimonium perhibuerunt: quando vita sua perdita Lazarum quem dissoluendum acceperant integrum per quatriduum reseruauerunt: vt incolumen redderent cum vocē dñi sui iubētis audirēt? Quid in ipsa ei⁹ passione actū sit? Mōne cōtra vestrā impudentiā ferocēq; amentiā ipam quodāmō publicā lucem testem citabo: sicut putabatis: homo tantum a vobis interficiebatur christus? Et si tātum esset vobis parcere debuistis: vt man⁹ vestras alienas redderetis a sanguine innocētis. Que cecitas infusa est in cordibus vestris: vt nec illa tanta terre et medio die solis obscuritas: et interius radios claros amputata lux: nox recondit in diem: immo nox vsurpauit in diē: nec cursum ordinis seruauit: et obtenebratur celū: luget terra: velū templi conscinditur: petre rescindūtur: inferna reserantur: oīs pene creatura expauescit mortē christi. Nec tamen in his tantis aperti sunt oculi vestri? O iudei: demones qui vestra corda possederūt dixerunt. Scimus qui sis: q̄d venisti ante tempus perdere nos: et vos dixistis. Tu de ipso testimoniū dicis: testimonius tuum non est verum. Sed nō intelligentes actiones vestras egistis causas vestras. Denicp nostre saluti militabat vestra malicia. Jlle enim qui ad hoc venerat vt pro nobis moreret

Joh̄. viij

Joh̄. viij

Mat. xiiij
Pſ. lxxvj

Mat. xiiij

Joh̄. ix.

Geñ. ij.

Joh̄. xj.

Marci. j.
Joh̄. viij

S
Ca. xviij.

insanas voces. Crucifige crucifige clamantiū vt homo non expauit: quia vt deus ante eas preuidit. Etum laborastis vt discipulum iudam pecunia corrumperetis: et a malo vēditore alij emptores christū non possidendum comparetis: nūdinas malas agentes anime vestre quando fundebatis precium salutis nostre. Etum laborastis vt iudicem a vestro scelere manus lauantē calumnijs cesaris nomine oppositō opprimeretis vt id impleret quod fieri volebatis: q̄tuz laborastis vt christus occideretur/ et latro dimitteretur: q̄tum laborastis vt christus cōtumeliam pateretur: spinis coronaretur: in ligno suspenderetur: lancea perforarer: q̄tum clamastis: q̄tum sudastis: q̄tum laborastis: sed omnis iste labor vester fructus est noster. Denicp a vobis christus occiditur: nobis resurgit: a vobis in ligno suspenditur: clauis cō fixus in cruce detinetur: t a ducibus nostris discipulis suis in medio eorum clausis ianuis inuenitur. Pecunia milites corrūpēdo christi resurrectionē opprimere voluistis. Et ecce eius resurrectio toto mundo iam celebratur: t quod dedistis iam perdidistis. Jmplere non potuistis quod voluistis audite iam quod audire non vultis. Die tertio a mortuis resurgens: assumptus in celum: sedet ad dextrā patris: dispersit vos per nos vniuersas terras: vt vbicp prophetias de ei⁹ natiuitate: passione: quecūcp dicta sunt vos perferatis: atq; lucernam legis tanq̄ lignea candelabra sensu carentia gentibus ministretis. Q̄ propter ea factū esse cognoscite: ne gentes hec oīa que aguntur dum predicatur a nobis dicerent fuisse cōficta. Hanc etiā ipsam vestram dispersionem fuisse predictam. Dauid prophetа declarat dicens. Ne occideris eos nequādo obliuiscātur legem tuam: sed disperge eos in virtute tua. Dispersio hec ergo vestra testimoniuz perhibet christo cui dixistis. Tu de te testimoniū dicis: testimoniuz tuum non est verū t̄c. vbi ex vestro testimonio inimicorum alij inimici confundātur: qui christum magicis artibus fecisse dicunt quecūcp fecit miracula. Nam et hoc q̄ mortuus colitur magice potentie deputanda esse contendūt: proferte codices pphēticos. O iudei christi inimici: vt ex ipsis alij paganicō uincantur inimici: pphetas anteq̄ longe nascerentur ante se premisit: qui oīa que superius diximus predixerunt. Hinc iam iudicate que recta sapitis: nunquid si magicis artibus fecit vt coleretur vt mortuus: magos miserat anteq̄ natus? Confundimini: corrigimini qui talia de christo vel sentitis/ vel creditis/ vel dicitis. Cōfundimini t vos iudei qui lucernam legis in manibus habētes: alijs lumen prebetis: et vos in sanctis intendere non curastis: sed expectatis quidem et vos vt veniat qui venturus est. Et veniet: sed nō sicut vultis veniet: veniet excelsus ille qui a vobis interfectus est: nullius criminis reus: manifestus veniet deus et videbitis iudicantem quē contempsistis miracula facientem. Qualis erit tunc et vestra conscientia: cū vobis ille nullam iam exhibet patientiā: quia vos inuenit in anima mortuos: qui venturus est iudicare viuos et mortuos. ¶ Credimus in spiritū sanctum: quē nos credimus deū: equalem patri et filio manētem in patre et filio: regnātem cum patre t filio: trinitas vna et tertia in vnitate persona spiritus sanctus: qui operatur oīa in omnibus. Hunc arriani blasphemāt: patri filioq; esse minorem: hunc eorū errorem ille euangelista reuocat dicens. Si quis dixerit verbum in filium remitteturilli: si quis dixerit verbum in spiritū sanctum nō remittetur illi nec in isto/ nec in futuro sec̄lo. Quid est arriane quo progressa fuerit immanitas tua: dicis verbum in filium hominis: quia sm diuinitatem filium dei asseris esse minorē: dicis verbum in spiritū sanctum in ipsa illa induidua vnitate etiam filio esse minorē: dicendo tale verbum de verbo: tale verbum de spiritu sancto: non remittūtur nec hic/ nec in futuro sc̄lo pctā tua: t tu rebaptizando polluceris dimittere aliena. Donū spūs sancti agnoscim⁹ eē remissionē oīm pctōrum suffragante nobis ipa veritate q̄ post resurrectionem suā ait discipulis suis. Accipite spūm sctm: si cui remiseritis peccata: remittuntur illi. Eos aūt sacrilego ausu quibus tā xpi dono t spūs sancti p baptismū t originalia et ppria cuncta dimisit oīno pctā: i tā baptizatis exufflatis xpm: respuistis spūm sctm t renatū ñ abluere sz sordidare: ñ liberare sz obligare: ñ viuificare sz mortificare ptēdistis. Nec mirū si has ruinas q̄tidie fabricatis: q̄ petrā integrā xpz i fundamto habere noluistis

Lu. xxiij.
Wat. xxvj

Matth. xxvij.

Pſ. lviij.

Joh̄. viij

Ca. xix.

Wat. xij.

Joh̄. xx.

qui a vestro erroꝛe separat veritatis filios quos sic fouet vt nutriat: nō sic vt tu blandiēdo decipiat vt occidat. Apud ca-
V Ca.xx. tholicā fidē dilectissimi nouerit tm̄ eē verā fidē: germanā pacē: ppetuā salutē. Non enī i angulo ē: sꝫ vbiqꝫ tota ē. Sicꝫ ab ea discesserit atqꝫ i hereticoꝝ erroꝛe se tradiderit: vt fugi-
tiuus seruꝰ iudicabit: non vt filiꝰ adoptiuꝰ: nec ad vitā eternā
j.Coꝛ.xv. resurget sꝫ potiꝰ ad dānationē: qm̄ bonis malisqꝫ ꝓmittit resurrectio. Dēs q̄dē resurgemꝰ ait apl's: sꝫ n̄ oēs i mutabimur Et q̄d ꝓdesset fratres mei resurgere: nō immutari? Qui enī in illa vita nō fuerit immutatꝰ: a iusto iudice inuenīt esse dānatus. Dānatus aūt eternā non consequit vitā: q̄ de aduersario diabolo victricē non valuit accipere palmā. Quid enim ꝓdest dilectissimi q̄ velillis viculis i idoloꝝ cultu inherere: q̄ diabolus et iuste hereticoꝝ caput nō decenterqꝫ possidet? Qui vult ad eternā vitā puenire: cōtra oēs diaboli laqueos
X Ca.xxj. debet fortiter inuigilare. Nam enī q̄lis cuiusqꝫ ħ est vita: ita inuenietur i illa. Quantū aūt distat inter hāc et illā: dꝫ nosse charitas vra. Hic falsitas: ibi veritas. Hic turbatio: illic firma possessio. Hic pessima amaritudo: illic sempiterna dilectio Hic periculosa elatio: illic ē secura exultatio Hic timek ne q̄ erat amicꝰ efficiatur subito inimicꝰ: illic semp manet amicꝰ: qꝛ nullꝰ illuc admittit inimicꝰ. Hic q̄cq̄d ē bonū timek ne pe-
rear: illic q̄cq̄d acceperis ab illo seruaberis qui fecit vt ne tu
j.Coꝛ.xv. trāseas: et qꝫ acceperis nō amittas. Hic moꝛs: ibi vita. Hic oīa q̄ creauit deꝰ: illic ipe ꝓ oībus: in oībus deꝰ: et q̄ digna dicunt: si tñ aliqua dicunt. Nō enī sufficit hūana lingua lau-
j.Coꝛ.ij. dare qꝫ sensus mortaliū non valet cōprehēdere. Veniemus illuc fratres: vñ: et tibi videbimꝰ qꝫ oculꝫ ħ non vidit. Ibi audiemus qꝫ auris ħ non audiuit. Ibi intelligemꝰ qꝫ coꝛ hūanum ꝓprehendere ħ non valebit: videtes sine tēpe exultabi-
j.Pe.j. mus in enarrabili gaudio. Et q̄le gaudiū est vbi nullꝰ timoꝛ erit? Quale gaudiū erit cū te videris esse sociū angeloꝝ: participē regni coeloꝝ: regnare cū rege: nihil cōcupiscendo oīa possidere: sine auaricia diuitē: sine pecunia administrantē: sine successoꝛe iudicantē: sine metu barbaroꝝ regnantē: sine
Y Ca.xxij. morte eterna vita viuentē? Sꝫ vt ad istā veniamꝰ viā tutissimā q̄ illuc ducit nō amittamus. Que ē via? xp̄s ex toto: ex capite: ex coꝛpe. Ex capite q̄lis filius in manēte manens: ex coꝛpe minoꝛ viā istā vt gigas velocit trāsiēs: caput et coꝛpus xp̄s et eccl'sia. Nec ab illo separemꝰ aliq̄d aliud de illo: sicut hereticī credēdo: nec ab ista ꝓauis nr̄is moꝛib⁹ declinādo. Hec ē mater vera: pia mater et casta: intrinsecus sui viri et dignitate ornata: nō foris ecus mēdatio fallente turpiter colorata. Nonnos ab ista matre et nomē ꝓfictū seducat alienum: vbi nos eccl'sie et species aliena decipiat. Spōsa nō ē q̄ virū suū nō cognoscit: turpis ēquetāti viri speciē suis sermonib⁹ fuscare cōtendit. Frustra tū eccl'sie nomē imposuit iudeo.

Spelunca subdola es decipiēs: qꝛ decepta iudeo quidez q̄ captes formā tuā sub specie aliena: q̄d te ꝓponis: quid tm̄ te exornas: q̄d sub fimbrias tuas expandis: q̄ te contra verā spōsam eā recōtendis: non te respicit sponsus qꝛ nō es spōsa: sed pulchrā te dicis esse: et de auro atqꝫ ornamētis plurimis gloꝛiaris: respōdet tibi spōsus. Forma ꝓ filijs hoīm species formicarie facta ē tibi: irreuerēs facta es in oībus. Qꝛ si dixeris: q̄re: respōdet: qꝛ sub specie ꝓponis te et mētiris spōsum tuū esse me: species formicarie facta ē tibi: irreuerēs facta es in oībus: non sicut patrē appellās me et ꝓcipē virginitatis tue. Verba sunt xp̄i ꝑ ꝓphetā. Si ego essem ꝓnceps virginitatis tue: seruares integritatē sic tuā: sicut integrā seruauī matrē meā. Quia q̄ nec ꝓcipē ✠ginitatis tue: nec patrē: nec agnoscis equalē: nec ego te agnosco ✠ginē: noli te amplꝰ iactare esse qꝫ nō es: agnosce turpitudinē tuā. Non es igitur sponsa: qꝛ nō es integra. Frustra enim illū sponsum vocas q̄ nō est tuus. Turpē enim viduā non accepit xp̄s. Redi: redi redi: repudiata redi: ꝓfusa redi: serpētinis fraudib⁹ violata redi: non diuinitate celesti cōposita: sꝫ hūanis assertionibus recōuēta redi: fallere temetipsaꝫ potes. Nouit enim ille quā q̄rat: agnoscit enim quā vocat: semp enī viuit mater nouerca quid te si supponis non potes excludere pulchrā. Nam cum turpis sis ancilla: species formicarie facta ē tibi. Non enī seruas vni viro fidē: q̄ catholicā nō tenes vnitatē. Ille enī sponsus matrē querit verā: q̄ pie filios suos nutriat: nō turpem q̄ alienos fraudulēter occidat. Vide q̄ sit hic mater vera: q̄ a d huc tolerat suos filios p̄fetantē: toleratqꝫ patientiā: exhibet sui spōsi si expectat auras libertatis vt vindicetur ab eo ei⁹ hūilitas: qm̄ eā viri sui et obtinet charitas. Ipse ēenī q̄ viuit et regnat cū deo p̄re et cū spiritu sancto i secula seculoꝝ. Amē.

¶ In eadē vigilia sermo secūdus habetur supra ad fratres i heremo. Sermone. xix. fo. ix.

¶ In festo natiuitatis saluatoꝛis nostri iesu xp̄i: Sermo.j. eternā et tēpoꝛalē natiuitatē distinguēs et vtriusqꝫ laudes eximias: sed ꝓcipue diuini verbi ꝓconia eleganter complectens.

Sermo.v. B

Saluatoꝛ noster natus de p̄re sine die p quē factus est oīs dies: voluit in terra habere natalē hūc diē quem hodie celebramus. Quisquis i die miraris eternū mirare potius ante omnē diē permanentē: omnem diē creantē: in die nascentē a malicia diei liberātem Adhuc mirare. Que peperit et mater et virgo ē. Quē peperit et infans et verbū ē. Merito celi locuti sunt: angeli gratulati Luce.ij. pastoꝛes letati: magi imitati: reges turbati: puuli coꝛonati. Matth.ij. Lacta mater cibū nr̄m: lacta panē de celo venientē: et in p̄sepe positū velut pioꝝ cibaria iumētoꝝ. Illiceni cognouit Esaie.j. bos possessoꝛē suū: et asinus p̄sepe dñi sui. Circūcisio sc̄z et ꝓputiū coherēdo lapidi angulari: quoꝝ ꝓximitie fuek tpa- Ephe.ij. stores et magi. Lacta eū q̄talē fecit te: vt ipe fieret i te: q̄ tibi et munus fecunditatis attulit cōceptus: et decus ✠ginitatis nō abstulit nat⁹: q̄ sibi ꝓiusqꝫ nasceret: et vterū de q̄ nasceret: et diē q̄ nasceretur elegit. Et ipe cōdidit qꝫ elegit: vt ille hīc ꝓcederet de thalamo suo q̄ mortalibus oculis posset videri: Pſ.xliiij. et augmēto lucis annue se lucē mentiū venisse testari. Ꝓphete cecinerūt cōditoꝛē celi et terre i terra cū boībus futurū angelus annūciauit creatoꝛē carnis: et spūs in carne vēturū. Salutauit Johes ex vtero in vteꝛ saluatoꝛē. Simeō senex Lu.j.et.ij. deū agnouit infantē. Anna vidua ✠ginē matrē. Hec sunt testimonia natiuitatis tue dñe iesu anteqꝫ tibi fluctus substernerētur calcāti: cederēt imperāti: anteqꝫ vētus te iubente siluisset: mortuus te vocāte vixisset: sol te moriente palluisset: terra te resurgēte tremuisset: celū te ascēdēte patuisset: añqꝫ ista et alia mirabilia iam iuuenilis tui coꝛpis etate fecisses. Adhuc i manib⁹ matris portabaris: et iā dñs orbis agnoscebaris. Ipe puer paruulus ex seie israel: et ipe nobiscū deus Esa.vij. B emanuel. Que est illa nr̄a gn̄atio saluatoꝛis q̄ gignenti patri coeternus ē: qm̄ hanc gn̄ationē ex ✠gine mūdus expauit quā pia fides agnouit et tenuit: infidelitas aūt irrisit: supbia tumuit superata? Quenam est illa gn̄atio: qꝛ in ꝓncipio erat Johis.j. verbū: et verbū erat apud deū: et deus erat verbū? Vel quod ē hoc verbū: qꝫ dicturus ante a nō silebat: q̄ dicto non siluit q̄ dicebat: qꝫ est verbū sine tpe: ꝑ qꝫ facta sunt tpa? Verbū qꝫ labia nulliꝰ aperuit ceptū clausit vel finitū. Verbū qꝫ initiū nō habet ex oꝛe loquētiū: et aperuit oꝛa mutoꝝ. Verbū quod liguis gētiū diserti nō fit: et linguas infantū disertas facit. Quenam est illa gn̄atio: cui pater moriēdo nō cedit qꝛ nō eū viuēdo ꝓcedit? Segregata ab oībus locoꝝ tēpoꝛūqꝫ interuallis: ab oī distentione spacioꝝ: quā vel in dieb⁹ vel in coꝛporibus sentire cōsueuim⁹. Leuemus ad eū quantū ipo ad- C tuuante aīam nostrā possumus: si q̄ mō capere valeamus et natū nō pueniētē q̄ gignit et gignētē nō subsequētē q̄ gignit patrē et filiū: nec pariter patres: nec pariter filios: et pariter eternos. Non vtrūqꝫ generātē: nec vtrūqꝫ nascētē: sed alterū sine altero non viuētē. Et patrē sempiternū genuisse: et filiū sempiternū natū esse. Cogitem⁹ si valem⁹: si nō valem⁹ credamus. Nō est qꝫ hic dicere volum⁹: sꝫ tñ nō longe positū ē ab vno quoqꝫ nr̄m. In illo enī viuimus: mouemur et sumus. Act.xvij. Transcendamus carnē nostrā in q̄ parētes ante filios viuūt qꝛ vt filios possent generare creuerūt: et filijs crescētib⁹ iā senescūt. Nondū natis filijs parētes vixerūt: qꝛ et parentibus mortuis filij victuri sunt. Transcēdam⁹ et aias nr̄as: pariūt et ipse aliq̄d cogitādo qꝫ secū habēt sciēdo: sꝫ possunt amittere obliuiscēdo: qꝛ et si habebāt ante nascēdo. Cūcta coꝛporalia et talia et mutabilia trāscendam⁹: vt videamus sup oīa ꝑ quē facta sunt oīa. Ascensus nr̄ i coꝛde ē: qꝛ et illud q̄ ascēdi- Johā.j. mus ꝓpe ē. Longe aūt ab illo sum⁹: in quantū dissimiles sumus. Ascēdit ergo ad eū sua similitudo quā in nobis fecit et refecit: quā nondū pfecte palpitat infirmus aspect⁹: et ineffabilem candoꝛē lucis eterne nō potest intueri. Cui⁹ ergo ful-

Esa.liij. Job.j. D gozem mentis acies nõdum capit: generationem eius quis enarrabit? Sed verbum caro factũ est: et habitauit in nobis Hanc ergo generationem cuius hodiernũ celebramus diẽ: hanc in qua dignat⁹ est venire per israel: et fieri emanuel nobiscum de⁹ in carnis infirmitate: non nobiscũ in cordis iniq tate: accedẽs ad nos per id qõ assumpsit ex nostro et liberãs nos per id quod mansit in suo. Visitauit quippe dñs seruos suos per mortalem infirmitatẽ. Hanc ergo generationẽ cui⁹ vtcũq capax est humana fragilitas: nõ illam que sine tẽpore manet: sine matre super oñia: sed istam que in tempore facta est sine patre inter oñia. Hunc virginis filium t virginũ sponsum: de incorrupta matre nascentẽ et incorruptibili veritate fetantẽ: laudemus: amemus: adoremus: vt in eius misericordia de astutia diaboli fisi triũphemus. Diabolus ad nos decipiẽdos corrupta femina mente surrepsit. Christus ad nos liberandos incorrupta femina etiã carne processit: q̃ est benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ In eodẽ festo. Sermo.ij. In quo ꝓbat sacre scripture testimonijs q̃ in christo est duplex natura, diuina et humana: t subiũgunt bñdictiões pariter et maledictiones bene et male de sancta trinitate et personarũ pluralitate sentientium.

Ser.vj. A Esaie.vij. Job.ã.j. Ezechiel. xliij. Deũ.ij. Ephe.v. Rom.ix. Phil.ij. Job.xix. B Johan.j. Luce.ix. Job.xvj. Job.v. Phil.ij. Job.xliij. Joh.x. Mar.xij. Mar.xvij. Lu.xxiij.

IN principio erat verbum t verbũ erat apud deũ: et deus erat verbũ. Qui in principio erat intra se cõcludit omne principiũ. Ex matre vero initium sumpsit: sicut legim⁹ per Esaiam. Ecce virgo in vtero accipiet et pariet filiũ: et vocabit nomen ei⁹ emanuel: q̃ est interpretatũ nobiscũ de⁹. i. latens in humana fragilitate maiestas. Sicut in Johãne euãgelista legim⁹. Et verbũ caro factũ est et habitauit in nobis. i. in fragilitate corporis nostri. Item de Marie virginis generatione. Et porta erat clausa et nõ est aperta. Tanq̃ si interrogarek cur aperta non esset: adiecit. Quia dñs trãsiuit per eã. Porta clausa id est signaculũ pudoris imaculate carnis integritas. Non enĩ est violata partu: q̃magis est sanctificata cõceptu. Item de xpi gemina dei hominisq̃ substãtia. Et erũt (inq̃t) duo in carne vna. i. de⁹ et homo vn⁹ xp̃s. Q̃ apl's de xpo t ecclesia: id est de xpi corpore precepit intelligi: sicut ait. Et erũt duo in carne vna. Ego autem dico in xpo et in ecclesia. Q̃ aperte exposuit ad Romanos. Patres nr̃i ex quib⁹ christ⁹ fm carnẽ. Asseruit hominis: cõsequenter asserit ꝓprietatem dei dicẽs. Qui est sup oñia de⁹ benedict⁹ in secula. Tã perfecta hic filij eminẽtia declarak: vt dici de patre maiora nõ possint. Nã si initiũ haberet nõ esset sup oñia: sed inter oĩa que p cõditione facture intra initiũ cõtinenk. Sed xp̃s qui eq̃lis est patri: nulla tẽporis: nulla etatis lege cõcludik. Euidenter t ad Philippẽses apl's duas xpi natiuitates / et duas substãtias p̃dicat dicẽs. Qui cũ in forma dei esset: formã serui accepit. Quib⁹ regulis plena sunt volumina noui et veteris testamẽti. Siliter et Job p̃dicat eximius ꝓphetarũ. Et in carne mea videbo deũ. Q̃ de illo tpe ꝓphetauit: q̃ xpi deitas habitu nostre carnis indura est. ¶ Q̃ vt prefati sum⁹: Verbũ caro factũ est: et duos esse cõstat hoiem et deũ in carne vna: modo hõ loquik patri: modo de⁹: modo visibilis ex matre: modo iuisibilis ex patre. Da ẏba hois. Ipse in euãgelio dicit. Filius hois nõ habet vbi caput suũ reclinet. Osẽdat hic paup filius hois diuitias suas in gloria diuinitatis. Oñia (inq̃t) q̃ pater habet: mea sunt. Dũ dicit: oñia: nihil hic relikt q̃ nõ⁹ haberet a patre. Oñia. i. vn⁹ deitatis potentiã: substãtiã: maiestatẽ. Quis eũ minorẽ dicere nõ tremiscat: q̃ se patri gñaliter et ꝓ oĩa veridic⁹ testis exequak sicut de eo euãgelista ꝓnunciat. Jdeo volebãt eũ iudei iterficere: q: patrẽ suũ dicebat deũ: equalẽ se faciẽs deo. Et ad Philippenses. Nõ rapinã arbitrat⁹ est esse se equalẽ deo. i. equalitatẽ diuinitatis quã rebellis angel⁹ assumere voluit per rapinã: xp̃s possedit per naturã. Ergo credas ei: cũ se in hois substãtia ꝓfitek equalẽ. Loquak filius homis. Pater (inq̃t) maior me est. Loquak filij⁹ dei. Ego et pater vnum sumus. Quasi hõ esurit: quasi de⁹ q̃nq̃ milia esuriẽtium quiq̃ panib⁹ obsequio creature sue exatiat Quasi homo in cruce pẽdet: quasi de⁹ in paradisum de cruce latronẽ gestis p oẽm mundũ loquentib⁹ introducit dicẽs. Amen dico tibi: hodie mecũ eris in paradiso. Quo tempore corpus dñi in tumulo fuit: aĩa in inferno: diuinitas in paradiso: in celo et vbiq̃ intra se oñia supeminẽs sue maiestatis imẽsitate cõplectens Scõm hoiem minor dicit: q̃ cõprehẽdik: flagellak: crucifigitur: morik: sepelik. Scõm deũ per ꝟtutẽ resurrectionis in celestia sublimak. Quasi hõ susceptꝰ morte: q̃si de⁹ sup mortem. Scõm hanc regulã modo pauper est: modo diues: modo minor: modo eq̃lis: modo dñs: modo seru⁹. Tũc ergo minor credak patre: q̃ angelorũ cõditor paulominus ab angelis minorak: sicut in octauo psalmo legim⁹. Minorasti eum paulominus ab angelis. Tũc q̃ patre minor dicak: q̃ serui formã susceperisse pscribik: q̃ etiã matre iunior iuenik: q̃ ipe se in vicesimosm̃o psalmo dicẽ. Foderũt man⁹ meas t pedes meos: dinumerauerũt oñia ossa mea. Q̃ aũt minor patre fm carnẽ et fm hoiem nũcupek: innumeris scripturarũ testimonijs declarak. De ei⁹ diuinitate ita ad Titũ apl's dicẽ. Apparuit gratia dei saluatoris nr̃i. Et iterũ. Expectantes beatã spem: et aduentũ glorie magni dei t saluatoris nostri iesu xp̃i. Immane piaculũ est vt p infidelis hois blasphemias minor esse dicak: quẽ magnũ deũ ipsa veritas ꝓfitek. Nã et Thomas apl's in euãgelio Johãnis vbi post resurrectionem corpus hois crucifixi p clauorũ signa cognouit: deũ q̃ intra hoiem latebat apl'ica t euãgelica auctoritate cõfessus est: ita dicẽs. Dñs meus et de⁹ meus. Si fides assit: aperta est ratio qua xp̃s nũc minor: nũc eq̃lis patri sacris voluminibus asserak: sicut ipse de se dicit. Ego primus t nouissimus. Indubitãter agnosce q̃ prioẽ nõ potest habere qui primus est. Jtẽ. Ego sum alpha et o. Et sicut alpha litterã nulla precedit: ita et filium dei nulli secũdũ cõstat esse: quia deus est. Quid respõdebim⁹ eis q̃ spm̃sctm̃ aut minorẽ dicũt: aut (qõ sceleratius est) ministerialẽ magis q̃ deũ abrupta ipietate pnũciant? Quõ creatura dicik: q̃ dñi creator ex maria comprobak: sicut legim⁹. Cõcep⁹ de spũsctõ: nat⁹ ex maria ẏgine? Christ⁹ enĩ nõ de substãtia spũsancti: sed de potẽtia: nec gñatione: sed iussione et bñdictione cõceptus est. Et sicut a patre ita etiã a spũsancto ad redẽptionẽ nr̃e malicie destinatus est: ipso de se ꝓ Esaiã loquẽte. Misit me pater et spiritꝰ ei⁹. Si spũsanct⁹ minor credik: quõ se filius⁹ sicut a patre: ita etiã a spũsctõ missum esse testak? Spũsanct⁹ ipse locut⁹ est in apl's: ipse efferbuit in ꝓphetis: dicẽte beato apl'o Petro in epl'a sua. Nõ (inq̃t) ex hoibus allata est ꝓphetia: sed spũsancto inspirati locuti sũt sancti dei homies. Et saluator in Matthẽo ita ait ad discipulos suos. Nõ vos estis q̃ loqmini sed spũsanct⁹. Siliter t Dauid plenus spũsancto: q̃s per eũ loquerek: manifesta voce denũciat dicẽs. Audiã q̃d loq̃tur in me dñs de⁹. Hec est inquã via lucis: cui⁹ in cõfessione aperik hostiũ saluatis. Itaq̃ q̃ in hanc pfessionẽ ingrediunk: beatitudinẽ ei⁹ adipiscũtur. Beatitudo ei q̃ cõfitek deũ patrem: filiũ et spm̃ sctm̃. Beatitudo ei q̃ cõfitek solũ deũ patrẽ et filiũ et sctm̃ spm̃. Beatitudo ei q̃ ꝓfitek vnũ oĩpotentẽ deũ patrẽ et filiũ et sctm̃ spm̃. Beatitudo ei q̃ cõfitek vnũ summũ deũ patrẽ et filiũ t sctm̃ spm̃. Beatitudo ei q̃ cõfitek vnũ deũ patrẽ et filiũ et sctm̃ spm̃ sempiternũ esse. Beatitudo ei q̃ cõfitek indiuisam substãtiã esse patris et filij t sanctispũs. Beatitudo ei q̃ nihil addiderit vel minuerit in vnitate nature patris t filij t sanctispũs. Beatitudo ei q̃ cõfitek oĩa bona facta fuisse a patre t filio t sanctospũ. Beatitudo ei q̃ cõfitek vnã equalitatẽ in sempiterna plenitudine deitatis esse patris et filij t sanctispũs. Beatitudo ei q̃ fm singula noĩa trinitatis id est patris t filij t sãctispũs ꝓprias tm̃ psonas distinctas esse cõfitek. Unde oportuit nos ostẽdere eis quos edent vie sue fructꝰ: maledictiones oĩm male credentiũ: sicut scriptũ est. Maledict⁹ oñis q̃ nõ obaudierit verba libri huius: vt faciat ea in corde suo. Maledict⁹ q̃ patris et filij et sanctispũs vnã sempiternã substantiã esse nõ cõfitek. Maledict⁹ q̃ fm tres psonas tres diuisas substantias esse ꝓfitek. Maledict⁹ qui tria principia eorũ esse cõfitek. Maledictus q̃ solũ verũ deũ patrẽ: et vnicũ verũ deũ filiũ: et vnicũ verũ deũ sanctũ spm̃ nõ cõfitek. Maledict⁹ q̃ vnicũ nomen in deitate trinitatis esse nõ cõfitek. Maledict⁹ q̃ indiuisam deitatẽ patris et filij et sanctispũs nõ cõfitek. Maledict⁹ q̃ ꝓpria noĩa personarũ tres deos / aut tres dños / aut tres spũs cõfitek. Maledictus q̃ fm singulas psonas trina noĩa tm̃ distincta patris et filij et sanctispũs nõ cõfitek. Maledict⁹ q̃ vnã psonã eorũ

Job.i. Psã.viij. Phil.ij. Psã.xxj. Joh.xx. Apoc.j. Apo.xxij. Luce.j. Esa.xlviij Petri.j. Mat.x. psl.xxxiiij D Deutero. xxvij. E

esse cõfitek. Maledict⁹ q̃ quẽ patrẽ dicit: hunc eũdẽ et filiũ
F esse designat. Maledictus qui patrẽ natũ: aut incarnatum:
aut passum esse cõfitek. Maledict⁹ q̃ inenarrabiliter filiũ et
vere natũ de substãtia patris esse nõ cõfitek. Maledictus q̃
hanc natiuitatẽ factã vel creatã vel cõditam esse cõfitetur.
Maledictus q̃ verũ filiũ dei ex volũtate tm̃ dicit esse: r non
potius de natiuitate. Maledict⁹ qui dicit: erat tẽpus q̃n nõ
erat filius. Maledict⁹ qui hanc natiuitatẽ ex nullis exãtib⁹
nõ cõfitek: qõ greci ἐξ οὐκ ὀντων appellant. Maledictus q̃
diuinitatẽ filij dei dicit initiũ habere de tempore: ozum ex
nihilo: nomen quasi adoptionis ex altero. Maledict⁹ q̃ vnũ
de vno: filiũ de patre generatũ nõ cõfitek. Maledict⁹ q̃ im-
passibiliter filiũ natũ de patre nõ cõfitek. Maledictus q̃ di-
cit fuit aliq̃n pater sine filio. Maledict⁹ q̃ nõ cõfitetur ante
oñe pncipiũ vel initiũ semp fuisse filiũ cũ patre. Maledi
ctus q̃ immortalẽ deitatẽ filij dei nõ cõfitek. Maledictus q̃
de sempiterno filio dicit: nõ erat anteq̃ de maria nasceretur
Maledict⁹ qui vnitã deitatẽ patris et filij et sanctiſpũs ex
charitate cõcordie tantũ esse, pfitek: et nõ magis pbãc ipsam
G vnitã diuinitatẽ. Maledict⁹ qui vnitã deitatẽ in tres has p
sonas esse nõ pfitek. Maledict⁹ qui aduersus vigorẽ censure
diuine scripture hunc deũ vera spm̃ paraclytũ: aut filiũ pris
vel certe facturã vsurpat debere cõfiteri. Maledict⁹ q̃ filiũ
dei verũ et hoiem verũ de maria v̄gine nuper natũ pro nr̃a
salute nõ cõfitek. Maledict⁹ qui filiũ dei hoiem tm̃ pro nr̃a
salute cõfitek. Maledict⁹ qui deũ dei filiũ sempiternũ de as-
sumptione hoĩs phoc pncipiũ habere assignat. Maledi-
ctus qui deitatẽ ei⁹ passam esse cõfitek. Maledictus qui in-
cõparabilẽ deitatẽ trinitatis ,ppriẽ ad hominis lineamẽta
esse pfitetur: dñi scriptũ inuenimus. Quia nõ sit illi similis
quisq̃ deus in celo sursum et in terra deo: sum.

¶ In eodem festo. Sermo. iij. In quo qualiter in natiuitate dñi debem⁹ deo vouere et reddere a peccatis abstinẽdo: splendide deducit.

Ser. vij. A

ROgo vos fratres charissimi: vt libenti aĩo sermo-
nes quos dñs dabit suscipiatis in hac dulcissima
die: in qua cõpunctio etiã infidelib⁹ venit: in qua
misericordia tangit impios: veniã sperat cõpunc-
tus: reditũ nõ desperat captiuus: remediũ desiderat vulne
Joban. j. ratus: in qua nascit agnus: q̃ tollit peccata mũdi. In cui⁹ na
tiuitate qui cõscientiã purã habet dulcius gaudet: q̃ miserã
attẽtius timet. Qui bonus est affectuose orat: q̃ peccator de-
uotissime supplicat. Dulcis dies: vere dulcis: et cũctis pen
tentib⁹ ventã portans. Promitto vobis filioli et cert⁹ sum:
qz in hac die si q̃s ex corde penituerit: et ad vomitũ peccati
reuersus nõ fuerit: quodcũq̃ petierit dabit ei: tantũ in fide
nõ dubitet: delectationẽ nõ repetat. Hodie totius mũdi pec
B catũ tollit: et pctõr desperat? Sed videte qualis debet esse
penitẽtia: qz multi assidue se dicũt esse peccatores: et tamen
adhuc illos delectat peccare. Professio est: non emẽdatio.
Accusak aĩa: nõ sanak. Pronũciatur offensa: non tollit. Pe
nitentiã certã nõ facit: nisi odiũ peccati /et amor dei. Q̃n sic
penites vt tibi amarus sapiat in animo qõ ante dulce fuit in
vita: et qõ te prius oblectabat in corpore: ipm̃ te cruciat in
Psalm̃. l. mẽte. Jam tũc bene ingemiscis ad deum et dicis. Tibi soli
peccaui: et malũ corã te feci. Bene tibi soli peccaui: qz null⁹
hoĩm sine peccato: et ideo tibi soli peccaui: qz nullus est sine
pctõ. Da dñe misericordiã misero: q̃ tãdiu pepercisti crimi-
noso. Inclinet ad remediũ humilitas penitentis: quẽ pmo-
uere non potuit diuturnitas pctõris. Dic illi in fletu cordis:
aspice ad infelicẽ pietas immẽsa: respice crudelẽ misericor-
dia publica. Desperat⁹ ad oĩpotentẽ venio: vulnerat⁹ ad me
dicũ curro: serua pietatẽ mãsuetudinis: q̃ tãdiu suspendisti
gladiũ vltionis: dele numerositatẽ criminũ multitudine mi
sericordiarũ. Jsta est filioli vera penitẽtia: q̃n sic quernk q̃s
C vt nõ reuertak: q̃n sic penitet vt nõ repetat. Sane videamus:
aliqui vestrũ formas r virtutẽ animor exercentes: q̃ in ista
die v̄ba mea p̃ sua salute sic audiant vt viriliter mollia vitia
abijciãt tanq̃ q̃ pugnat. Reuera fortius pugnat: q̃ contra se
pugnat. Aperiãt aures suas ad pcepta xpi: q̃ forte sic patue
rũt hucusq̃ ad audiẽda aludibria. Aperiãt oculos suos ad ni
tozem: q̃ hucusq̃ ad ignominiã patuerũt. Cõpungat penitẽ
tia criminũ: quos hucusq̃ trãspunxit delectatio voluptatũ.
Erigat adiũcta virt⁹ quẽ vitia ,pstrauerũt. Aperiãt medi-
camẽto nares suas: q̃bus illis fetebat ꝓsuetudo pcti. Aperiat
ille oculos cordis vobis: q̃ hodie ,ppter nos dignat⁹ est na-
sci: vt videatis illud qõ putak dulce modo satis esse in breui
tate tempor: q̃ amarũ erit in ignẽ eternũ: q̃ grauis r ꝑpetua
pena puniẽda erit breuitas delectationis. Delectatio occi
dit et ꝓterijt: vulnerauit et trãsiuit: miserũ fecit et abijt: in
felicem reddidit et reliq̃t. Q̃ speciosus est aĩe nitor: q̃ felix
cõscientia bonis operib⁹ plena. Si beatũ se credit q̃ hoc pos
sidet qõ dimissurus est post mortẽ: q̃ securus est q̃llud pre-
mium sperat qõ nunq̃ amissurus est p eternitatẽ. Si potens
est qui mũdo ipserat: q̃ beatus est q̃ deũ in cõscientia portat.
Et ideo dulcissimi filij cõcupiscite mũdiciã cordis: habete
dilectionẽ dei et ꝓximi. Pctõres dimittite et dimittẽ vo- Luce. vj.
bis. Justi nõ peccetis: vt pmaneat xps in vobis. Que cum D
ita sint: videt mihi charissimi: vt nascẽti dño et redẽptori no
stro vota ,pmittam⁹ hodie et reddam⁹: sicut scriptũ est. Glo Pſ. lxxv.
uete et reddite dño deo vestro. Nos dulciter r cõfidẽter vo-
eam⁹: alle dabit possibilitatẽ vt reddere possimus. Nos tm̃
quicq̃d illi ,pmittim⁹: de illo sperem⁹. Et forte asse interroga
tis me q̃d debeatis hodie vouere r reddere. Sunt enĩ multi
qui vouẽt: alius pallam: ali⁹ oleũ: ali⁹ cerã ad luminaria no
ctis: ali⁹ vt vinũ nõ bibat p aliquot annos: ali⁹ vt ieiunia cer
to tẽpore faciat: ali⁹ vt carnes nõ comedat. Nõ est istud vo-
tum optimũ /nec pfectũ. Adhuc meli⁹ volo. Nõ eligit deus
nec speciẽ tuã: nec oleũ tuũ: nec ieiunũ tuũ: sed hoc qõ te ho
die redemit: ipsum offer: hoc est aĩam tuã. Et si interroges
me: quõ animã meã quã ipse habet in potestate offeram? Et
ego respõdeo tibi: quõ. Moribꝰ sanctis: cogitationibꝰ castis:
operibꝰ fructuosis. Auertẽdo a malo: et ꝓuertendo ad bonũ
Dãnando vitiũ: amãdo deũ: diligẽdo ꝓximũ: impẽdendo
misericordiã miser⁹: qz r nos ipsi miseri fuim⁹ anteq̃ redime-
remur. Dimittẽdo illis q̃ in nobis peccãt: qz et nos omes sub
pctõ fuim⁹. Superbiã calcãdo qz p superbiã ꝓtim⁹ hõ deiect⁹ Sapie. ij.
est. Abijciẽdo inuidiã: qz p inuidiã decepit diabolus gen⁹ E
humanũ. Que cũ ita sint: erigite animos vros: et nullus sit
siue liber /siue ser⁹ /siue ĩgenu⁹: q̃ non hodie deo votũ offe-
rat simul et reddat: qz nimis miserũ est vt deo aliq̃d nõ offe- Joh. x.
ramus de nro: q̃ aĩam suã ,pnobis posuit: et ,ppter nos cum
esset etern⁹ carnẽ suscepit. Nũc itaq̃ quicũq̃ irã cõtra alter
tenet: tm̃ ,ppter amorẽ dei dimittat: et obtulit votũ. Si quis
cõsuetudẽ tã lõga diuturnitate in luxuria volutari: resipiscat
aliq̃n: et excutiat sordes suas p cõpunctionẽ: r clamet in cor
de suo in oñone secreti⁹ ad dñm. Pijssime dñe: mirificordis-
sime de⁹: sufficiat mihi qõ hucusq̃ peccaui: qõ ꝓtempsi: qõ
fetorib⁹ carnis mee satisfeci: tã nũc te inspirãte voueo me a
nequitia mea cõuersurũ. Cũ hec fecerit: et iste obtulit votũ
Si iterũ inuidia tenek fratres: et felicitate illi⁹ aut actione
,speran nõ delectak qõ est pctm̃ vsq̃ ad mortẽ: ,pmittat r ipse
in corde suo meditaturũ se pot⁹ actus bonos q̃ liuorẽ eum
habiturũ. Et cũ fecerit: r ipse obtulit votũ. Si q̃s ꝓ sibi cõ
scius est de homicidio: indicet sibi ipse in corde suo peniten
tiam: r vindicet in seipsam malã cõscientiã: et statuat sibi añ
deũ cruciatũ penitẽtie et spaciũ: r plenũ animũ veneno quẽ
ante cõfusio sanguinis ,primi sauciauit: cruciet p abstinen-
tiam r humilitatẽ: r cõmunicare nullaten⁹ ꝑsumat: vt nõ du
pliciter se infelix dãnet: dũ in corde criminũ horroribꝰ ple-
no sacratissimũ corpus dñi piculose ꝓsumit accipere. Q̃
si q̃s se talẽ agnoscit: et hec fecerit: r ipse offert votũ. Si q̃s
forte vt assolet detrahere semp cõsuevit: et aliorũ actiones
obloqui nec suas respicere: vouea⁹ hodie deo in corde suo r
dicat. Hucusq̃ de alijs dixi: me nõ insperi: ego erã miserior
et alios miseros existimabã: et ideo nũc sufficit q̃ peccauit
lingua mea: amodo emẽdare delibero. Ecce q̃ hec facit: of-
fert votũ. Si q̃s crudelẽ se sentit: misericordiã animi vouea
at deo. Si q̃s supbũ: vouea⁹ humilitatẽ. Si q̃s vino nimiũ
est dedit⁹: sobrietatẽ vouea⁹. Si q̃s seniori suo peccauit: ve
niam petat: r si ille non sapuerit petere: ille tũ dimittat. Et
cũ hec oĩa feceritis charissimi: offertis deo votũ placitũ: et
quasi remuneratis xpm̃. Et post hec veniet vobis bñdictio
et vota vra offerũtur ante tribunal xpi. Et sicut dixit Salo Sapie. ij.
mon. Monumentũ vestrũ non accipiet oblionẽ. Et dicek
de vobis. Ecce populus meus quẽ acquisiui sanguine meo
saturauit me votis: impleuit odoramẽtis. Ego ero eis quasi

Annotatõ nũeralis ordinis sermonũ hui⁹ opis.

dñs: et ipsi erũt mihi in populũ: et non erit vltra eis captiuitas / aut desolatio. Puram⁹ q̃ dulce est quãdo vota nostra talia qualia dixi: angeli qui custodes vite nostre sunt: ante conspectum diuine maiestatis obtulerunt? Si aliquid offerimus hõi terreno et morituro: et tñ speramus ab illo multum recepturos et adiuuandos: si deo aũt aliq̃d de nr̃is moribus offeramus: quantũ recipiemus? Hũc itaq̃ exultemus i dño gaudeamus cũ fletu: memores sum⁹ dignationis diuine et captiuitatis nr̃e. Quẽcunq; potẽtia eleuat: veniat illi i mẽte humilitas xp̃i: vtnõ dicat garur ad illũ sententia ista. Quid superbis terra et cinis? Dñ videmus quẽq; miserũ: aut egenũ: veniat in mentẽ mia dei. Quãdo captiuum: veniat nobis in mẽtẽ redemptio dñi nostri. Dñ peccatũ quodcũq; delectat aut subrepit: sit nobis in memoria quod iam deleta sunt pcta nostra. Hõ perdamus pretiũ sanguinis xp̃i: nec maculem⁹ stolam aie p iniquitatẽ: aut rapinã: aut concupiscentiã. Jacuimus: iam erecti sum⁹: vulnerati fuer am⁹: tã sanati sum⁹. Non erit excusatio. Qualesc̃unq; põt diabolus ad malũ inuitare: nõ põt trahere: delectationẽ infert non potestatẽ: p̃silit ingerit nõ cõstrictum. Hunc ergo ꝓpter partũ beate marie sit mihi sermo ad v̄ginES: siue viros: siue viduas: siue feminas siue penitẽtes: siue pauperes: siue fluos: non ẽ apud deũ nisi meritorũ discretio. Audite me itaq; q̃cũq; dono xp̃i i corpe virgines estis. Generaliter loquor ad oẽs. Audite me. Quicunq; agnoscit se esse qđ dico: studeat vt et corde sit v̄go. Sic gaudeat de lucro corpis: vt non habeat damnũ aĩe: gaudeat tunc de tam pretioso dono xp̃i: gaudeat cũ hũilitate: fleat cũ pietate. Bras agat q; tantã felicitatem in integritate portat letetur quia securus ẽ agnũ quocunq; ierit: si tñ in ore eius sicut legimus i apocalypsi: mendaciũ nõ inueniat. Oret perseuerantiã: vt nõ illi qualiscũq; delectatio seculi aut inuidia diaboli tm̃ donũ tollat: tantã claritatẽ imnubilet: tm̃ nitorem infuscet. Teneat fortiter: ne perdat rẽ irreparabilẽ. Hõ vno momẽto delectationis amittat gr̃am corporis: nõ cõtrahat turpitudinẽ aĩe p pulchritudinẽ forme corrupte: non illũ cõcupiscẽtia vincat. Si me audierit: pmanet: qđ si nõ audierit amissurus est qđ nũq̃ reparatur⁹. Iterũ ad vos mihi sm̃o ẽ q̃ nuptiges habetis: moneo vt caste habeatis. Mã et helizabeth q̃ lõgeuis tẽporibus caste cũ marito vixerat: et ambo fideles ante dñm fuerũt: meruit iam de mortuo semine filiũ q̃ et sanctitate parentes oznaret: et predicatiõe multos infideles cõuerteret. Iterũ vobis loquor q̃ estis vidue: custodite viduitatem: nõ estote verbose: sed cũ silentio expectate dñm: q̃ pusillum et viduã suscipit. Sed bonam viduã: et ullã q̃ in ore est: in humilitate: i elemosynis ꝓpta. Si certe vnde faciat non habet: voluntatem bonã et cogitationem sinceram habeat

Mulieres: nõ maledicite: nõ iurate: non estote ꝓpte ad loquendũ. Forte dicitis importunũ esse qđ dico. Hõ mihi tacere licet: plus timeo illũ qui iubet q̃ illũ qui detrahit. Ego dico: qui agnoscit emẽdet: qui in se nõ recognoscit: audiat et teneat vt alijs p salute dicere possit. Munc iã ad vos loquor penitẽtes: qui penitẽtiã in ecclesia accepistis et agitis. Perseuerate in fletu: in cõpunctione docte plãgite. Quid ẽ docte plãgite? Non querite in ore tẽporales res: sed eternã beatitudinem remissionemq; pctõr. Qui sic orat: docte plangit Non cadunt ad terrã lachryme vestre: qz verax ille qui p ꝓphetã dixit. Posuisti lachrymas meas i cõspectu tuo. Eos modo satis debetis amare deum: et timore iã ad dilectionez trãsire: quia sic legimus in euangelio de peccatrice illa. Cui multum dimittitur multũ diligit. Et ideo multum debetis diligere deũ: q̃ vos expectãdo et non pumẽdo ad penitẽtiam pducere dignatus ẽ. Munc iterũ ad vos mihi sermo ẽ pauperes. Vobis dico pauperes q̃ mendicatis: q̃ de elemosyna christianor viuitis. Cõsolamini cõsolamini: tribulatio vra conuertetur in gaudiũ: et dolor vester in letitiã. Non vobis sit ingratum quod mẽdicatis: nec ideo in corde vestro aliq̃d contra deũ dicatis: qz ille iustus et pius est in oĩbus opibus suis Et te ideo fecit pauperẽ: vt sufferẽdo breuẽ inopiã eternam vitã acq̃reres. Et diuitẽ ideo fecit: vt dũ ubi superflua daret remediũ pctis suis acquireret. Et ideo patiẽtes estote: et expectate dñm. Et iam sermo mihi est ad vos quicunq; dños carnales habetis: cuicunq; seruitij cõditionẽ debetis. Obedite dñis vestris: diligite ex corde: nõ ad oculũ seruiẽtes: sz ministeriũ ex amore faciẽtes: qz et illos deus cõstituit vt vobis dominentur: et vt vos seruiatis. Bene seruite ꝓpter deũ qz de bono seruitio mercedẽ habebitis. Si boni fueritis: meliores eritis dominis malis: qz apud deũ aĩa vniuscuiusq; non est discernẽdã nobilitate sed opere: nec genere sz actiõe. Ideo nunc ad oẽs mihi sermo fuit: quia christus pro oĩbus mortuus ẽ. Et iõ seruate q̃ dixi: vt de vobis fructum habeã. et vos omnes in celestibus horreis vbi frumenta congregãda sunt misericors dominus intromittat: qui viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

ij. Cor. v.

¶ In eodem festo. Sermo. iiij. In quo dicit huius noue natiuitatis signũ olim ꝓphetatũ fuisse filiũq; dei factũ filiũ hois suscipiẽs qđ non erat / et manens quod erat: et cetera plura.

Ser. viij. A

HOdie fratres dilectissimi celebram⁹ dñice natiuitatis diem. i. dñi nostri iesu xp̃i: qui cũ equalẽ trinitatẽ cũ patre possideat: qui cũ celũ: terrã: ac maria et oĩa q̃ in eis sunt pari cũ patre v̄tute firma uerit: in nouissimis tẽpor⁹ homo nasci ex hoe dignatus est: sic nostrã suscipiẽdo naturã vt nõ pmutaret suã. Permanente enĩ integro diuinitat̃ statu: assumpsit hoiem dei fili⁹ nec amisit qđ erat sed sociauit sibi qđ in ipso ante nõ fuerat Inuisibilis q̃ fm diuinitatẽ dei fili⁹ visibilẽ suscepit homi nem: imortalis mortalẽ: ipassibilis passibilẽ: et vt totũ breuiter cõprehendã: de⁹ hoiem. Quicq̃d ergo infirmitatis legimus in xp̃o. i. q̃ esuriuit / q̃ doluit / q̃ etiã mortẽ pro peccat̃ nr̃is sustinuit: suscepto hoc p salute nr̃a homini deputem⁹: salua illi⁹ qđ suscepit. i. verbi dei reuerẽtia: q̃ ita humanitatem diuinitati sue iunxit: vt eã post passionẽ impassibilẽ faciat: nõ autẽ vt fieret: qđ cogitari scelus est: diuinitas ipsa passibilis. Nam et si in dei filio ex diuinitate et humanitate vna ꝑsona est: cũ tñ audis natũ ex hoie dei filiũ: noli cõmunem hũc ibi credere natiuitatis exortũ: quo ex opere cõiugali qđ quidẽ a deo est constitutũ vt humanitas ꝓpagetur. Aliter inq̃ ibi fuit humanitatis exortus lõge a nostra natiuitate diuersus. Mã et si in eadẽ qua nos naturaliter sumus veritate carnis natus est xp̃s: nõ tñ in eo quo nos more cõceptus et nat⁹ est de cõiugio. i. vnde ceteri exorti sumus: licet oẽs ꝓcreentur hoies. Mã et mirabiliter ꝓcreat⁹ est. Legiti ma illa cõmixtio hois homini q̃dẽ: licet iurta diuinã auctoritatẽ culpa nõ vacet: nõ tñ etiã gloriosa est. In xp̃i vo natiuitate sine cõmixtione ꝓpagatio oĩ̃, p̃sus gloriat honore cumulat. Dñs itaq; noster iesus xp̃s ab ordine natiuitat̃ exceptus: hõ ver⁹, pcreat⁹ ex v̄gine est: eodẽq; oĩpotentie signo cõcept⁹ et nat⁹: v̄ginẽ habuit matrẽ cũ portaret in vtero v̄ginis: et cũ ex vtero funderet. Nec tñ ista natiuitas cõiugia dẽnauit sed potentiã diuinitat̃ honorauit. Olim hui⁹ noue fe

B

C

cũditatis signũ Esaias ꝓpheta ꝑdixerat. Ideo (iquit) dabit dñs ipse vob signũ. Ecce v̄go in vtero ꝓcipiet et pariet filiũ: et vocabit nomen ei⁹ emanuel. Qz signatissime de xp̃o dño nr̃o est ꝓphetatũ. Emanuel enĩ interp̃tat: nobiscũ de⁹. Ergo saluator noster ab effectu rerũ etiã hoc nomen accepit vt vocaret nobiscũ de⁹ est. Et ipse tũc deus cũ oĩbus nobis esse dignat⁹ est: qñ suscepit hãc carnẽ: vt p hoiem q̃ visibilis erat de⁹ q̃ inuisibilis est cõuersari videret in terris. Sic enĩ Hieremias ꝓpheta ꝓmiserat dicẽs. Hic est deus noster: et non estimabit alius ad eũ. Hic adinuenit oĩem viã discipline et tradidit illam iacob puero suo: et israel dilecto suo. Post hec in terris visus est et cũ hoibus ꝓuersat⁹ est. Unde et ipe dñs ad discipulos suos in euãgelio dicit. Tãto tpe vobiscũ sum et nõ cognouistis me. Qui videt me videt et patrẽ meũ: et reliq̃ que sequẽtur. Talia enĩ dei fili⁹ passumptũ hoiem opera faciebat: vt ex ipsa operũ claritate et patris simul et filij diuinitas nosceret. Qõ si diligẽter respiciam⁹ ad causaz ꝓpter quã dñs totũ hoc sacramentũ suscepit hois ipiere dignatus est: tũc vere obtinebim⁹ nobis illud impletũ esse, ꝓpheticũ. Duplex enĩ ꝓncipaliter causa est ob quã dei fili⁹ factus est filius hois. Una est vt fm hoiem oĩa patiẽdo pro nobis: a pctõr nos viculis liberaret. Sic enĩ Esaias ꝓphe ta ꝑdixerat. Hic peccata nr̃a portauit: et p nobis dolet. Et rursus. Ipse autẽ vulneratus est ꝓpter iniq̃tates nr̃as: et infirmat⁹ est ꝓpter peccata nr̃a. Eruditio pacis nostre in eo. Liuore enĩ ei⁹ nos sanati sum⁹. Altera vero causa est dñice passionis: vt nos quos sanguine suo redemit a vitijs atq; cri

D

Esa. vij.

Esa. liij.

minibus:nō solū doctrine:auxilio et gratie:sed etiā exēplo suo ad studiū sctitatis accēderet ne nos vt modo pcipientē dīm:sed etiā exemplo suo ad virtutū fastigia ꝓuocantē:maiore alacritate seqremur:t iustissimū dīm ac piū patrē:fm sniam bti petri:filij imitatione coleremꝰ. Sic eni beatꝰ petrus ait. Christꝰ passus est ꝓ nob:vobis relinquens exēplū vt seqmini vestigia eiꝰ:q pctm̄ nō fecit:nec dolꝰ inuētꝰ est in ore eiꝰ. Qui cū malediceret nō maledicebat:cū pateret non cōminabat. Tradebat aūt iudicāti se iniuste:q pctānra ipe ptulit in corpore suo sup lignū:vt pctis mortui iustitie viuamus. Prestet aūt dīs noster iesus xps vt gra ei⁹ adiuti:ad vestigia eiꝰ sequēda ꝓperetis:t pctis oībus ac vitijs mortificati:adsola viuatꝰ opera iustitie exercēda:gras agētes patri deo cui est gloria t imperium:et dño nostro iesu christo t spiritui sancto in secula seculorum. Amen.

1. Petri.ij

¶ In eodē festo. Sermo. v. In quo dicit q xpi natiuitas innouat species incipiētis seculi: etiā q nascēdo nō decebat vt matri ꝓriperet virginitatem qui nobis afferebat salutem.

Ser.ix B Genū.j.

VEgim⁹ t fideliter retinem⁹ q sub ipso principio nascēt̄ mūdi in ꝑmo hoie fecerit nos deꝰ ad imaginē t similitudinē suā. Ecce in hac die mutata vice factus est deꝰ ad imaginē et similitudinē nostrā. In primis de suis meliora ꝓtulit. Insecūdis de nostrꝰ iferiora suscepit. Per iterdicte arboris gustū ꝑmi hois incauta fragilitas tētaut appetere ābitione dānabili dīi sui diuinitatē:psuadēte diabolo t dicēte. Si de ligno hoc gustaueritis: aperient oculi vestri:et eritis sicut dij. Ideoq agnoscam⁹ pij patrꝰ admirabilem bonitatē. Homo sollicitāte ītimco: deꝰ esse voluit p supbiā:t deꝰ hō factꝰ est p misericordiā. Innouak in nob quodāmodo p xpi diuinitatē species illiꝰ ānti qui et incipiētꝰ seculi:qñ ꝑmꝰ adam de limi materia figurak Ecce etiā nūc secūdꝰ adam q̄si de intacta acrudi terra xgi: nis de carne formak. Ecce inq̄ iterū cessantib⁹ nature legibus:nouꝰ hō in nouā vitā solo deo operāte ꝓficit. Promittit ḡ filiꝰ xgini p visitationē spūssancti. Qui nō mirū si sine corruptione nascit:q de sctificatione suscipit. Non eni decebat:vt q nob afferebat salutē:soli matri ꝓriperet dignitatem Spūs (inqt) sctūs supuenīet in te. Dignū plane erat: vt regali onustāda partu ꝓi⁹ celestis regis sanctificaret ingressu

Genū.iij. Genū.ij. B

Sermo. lxxxix. A Exo. xiiij. EGyptiorū turme iter maritimos fluctus alienum iter ingresse aqua vindice pumūtur: vt illos in dītionem reuocarēt: qui deū habebāt specialiter defensorez. Quos in mediū marini aluei sinū desperata traxit audacia: inanis furor ire ampliꝰ puocabat insania: cōfundētibus / et in naturā suā aquis redeūtib? vndis grauiter eos p diuersa mor litus excepit: et isepultos bestiarum pastibus arena seruauit. Elegerat deus moysen q̄ pharaonem ?tutib? inuitaret: signis et magnalib? admoneret: vindicta terreret: et territū seueritate cōpesceret. Sed dicis Quō posset liberari admonit?: q̄ iam dei sentētia trahebat?

Exo. xiiij. et. vij. Obdurabo (inqt) cor pharaonis. Sententiam ptulit quā se facturū pmiserat: nō quā tam fecisse mōstrabat. Obdurabo inqt: nō obduro. Aliud est facere: aliud est cō iā fecisse pmittit: nec tū implet: vt metu territi corrigātur. Cōsumi hebreos pcepit luto: latere: palcis denegatis: vt tandem afflicti si

B Exo. j. t. v bellū ?tingeret egyptijs: nō valerēt resistere ciuitati. Lepā tur g machine vsq ad celū: turres eminent: t aptissime construunt fabricā: nō qō deessent edificia ciuitati: sed populū perire q̄rebat: q̄ diuino fauore pollebat. Auget populus dū

Exo. j. oppzimit: t dū putat minui quotidie crescit. Plus insequit q̄si posset vincere: q̄s diuīa maiestas pdixerat esse victores Inter hec pcepit vocari obstetrices: imperat vt hebreaz si nati essent masculi necarētur: t sexus iferior fuaret. O pdiga furoris audacia. Necdū natis pena mādat: et ante pzincipium vite periculū ?citat. Cohibe nefarie hō insaniā tuā. Quos necdū vides inseq̄ris. Quid tā scelesti?? nōdū natos occidis. Seruet ordinē feritas tua: nascant ante q̄s punias Prestāt tū partū ministre: noluerunt exercere ad pnicie q̄ Exo. j. didicerāt ad salutē: facilius hebreas mulieres q̄s egyptias parere dicētes: nec illis obstetricū misteria fūt necessaria: q̄bus de? puenit ad aias liberādas. O magnū hūanitatis ingeniū: t piū / p salute mendaciū. Tātū timuerūt obstetrices deū: vt pcepta regis cōtemnerēt: t mulierū sacraria cōseruarent. Sed incredul? pharao in alterū se nocēdi aditū vertit: C vt q̄ occulte antea tētauerat in populis palā faceret: omnē hebreā masculinā plē iussit occidi. Q̄ vbi ad aures matrū rumor aduenit: pulsatū est planctib? celū: t cū ab ipsis vberibus auulsa / ples raperet ad mortē: succedebat dolor vincēs parturiētis dolorē. Nulla tū mater ifelicior fuerat nisi q̄ fecūdior erat. Optabāt tū oēs steriles esse q̄z fecūde parerent. Quid ipie isanis: q̄d crudeliter seuis? Licet plurimis insontium mortes acerbas inferas: t aīas miseror crudeliter cremes: tibi necis auget t pene non detrahit meritū. Cū enim passim paruulorū corpuscula deiceren in flumine: moysen man? excepit hūana: quē p toti? vindicte causa q̄rebāt. Nā Exo. ij. cū pharaonis filia viridanti in ripa tremula posceret fluēti lauacra: iuenit in loculo quē pa? nō posset nutrire supplicio. Ad quē educandū in nutricē mater adducit: ad alendū occasio cōiunxit affectū: quē regis diuiserat metus. Nouū miraculi gen? fecit mi?i cordie filia parricide. Nā dū paruulum fuat ignara: patrē decipit incauta. Dignū malicie ei? sceleris erat: vt filie / puisione piret: q̄ genitrices indurerat partu rire. Cōpetens pcessit diuina vindicta: vt suis affectib? puniret: et moyses / p alijs exuēdis exueret. A fluctib? deniqz mystica lingua moyses nomen accepit: et pharaonis necem quā pparauerat in noīe: in flumine maris inuenit. Hi coperāte ẏga p medios fluct? ac si puluerulētos exhibet gressus imperio suspēsam in altitudine montiū erigit vndam: vt dei plebē redderet saluā. Audistis nefariā / crudelissimāqz vocē D durissimi pharaonis: masculos in amnem pijcite: feminas Exo. j. viuificate. Jubet hostis in flumen paruulos pijci: iubet innocētes crudeli morte necari. Nō phibet nasci: dū natos decernit occidi. Quos enī necdū viuere natura cōcesserat: eos sentētia iā sustinet ad penā. O noua et inaudita crudelitas. Ante iudiciū celebrat: q̄z reus ipse dānet. Ante sentētia proferat: q̄ obnoxius sentētie demōstret. Vtiqz reor mos est vt reat? sui sentētiā expectare soleāt. Nec enī reus pōtā dānari: q̄ ei? culpa ceperit manifestari. Hi vero nec ret nati / nec reat? sui sentētie merito mācipati. Masculebant enī nō vt vite salutis pciperēt fructū: sed vt esset quos crudelitas seculo faceret luctū. Nō pcipis: q̄ō factū deberes vlcisci. Nō natorū pietas: nō parentū dolor te flectit: q̄ inter infantiū mortē parentūqz dolorē: seuitie tue expleri sententiā gaudes. O parētum vota crudelia: letitia luctib? imutata. Ad facin? pfuit: quicqd in eor felicitate, pcessit. Gaudebat letissim? hostis: inter madētes oīm fletus. Quāte perierūt dolentiū preces: quāte i cassum effuse sūt lachryme: quāti gemit? vlulatusqz multorū: cū parētes manib? natos exponi viderēt: q̄ simule nihilomin? mox facturi fuissent? Suos iā casus in alijs alij cernebāt: alij cōtinētes filios suos cū iā celare nō possent exponebāt: alij mox editos exposuerūt: ne quāto retinerēt tardius: tāto emitterēt crudeli?. Quāti / p filijs optauerūt mori: quāti sniam ptēnere voluerūt tyrānī? Satiem? (inqt) eū: et nfo meroze ei? seuitiā repleam?. Percutit egyptius pmogeniti affectu: vt ex sese cognoscerēt quātus dolor sit filiorū q̄ necauerūt filios hebreor. Percutit inqz egypt? pri- Exo. xij. mogenitor affectu: oriturqz funest? clamor. Dignitas nullū excusabat: nec aliū cōditio opprimebat. Nō seru? ad obsequiū: nō dñs ad iperiū. Non regē honor excusabat: nec inopē necessitas alienabat. Stabāt hebrei vindicta dñante illesi: quos nō tantū / ppria salus letos reddiderat: sed? hostiū plagaletiores effecerat. Exeunt leti: eunt securi dño ptegente inuicti. Tūc penitet pharao q̄ viuat: t eu a fisse eū tāta eius E sceleranō sustinebāt. vt q̄ in tāris plagis nullā emēdauerat culpā: q̄ fuerat cōpetēs exq̄rebat. Jūgit curr?: exercitū pre- Exo. xiiij. parat: aciē dirigit: nemo relinquit q̄ saluari mereat. Jnclūdūtur pseq̄tib? egyptijs hebrei inter mare t hostes: inter vndas et gladios. Hinc mare spumat: inde arma corusc ant.

Annotatō nūeralis ordinis sermonū hui⁹ opis.

Hinc aquarū: inde armorū strepitus. Sic operari de⁹ suis assueuit: vt vbi defecit humanū cōsiliū: illic intercedat diuinum adiutoriū. Quib⁹ visis populus territ⁹ formidabat cū cōspiceret rapidos cursus influere litoribus mare: voluente eqra flamine collisa laxare: mox vniuersi exclamabāt ad ducem hebreū. Dū pharaonis dominio carere volum⁹: discrimen (inquiūt) inuenim⁹: et cū volūtarie seruire nolum⁹: ad periculū peruenim⁹. Exhibes mala quib⁹ adhuc vsq; pmittis: necte interit⁹ nr̄i auctorē intelligis: dū tantis malis obnoxiū nō agnoscis. Quib⁹ moyses sanctissim⁹ ait. Ne formidetis viri: estote fide armati: credite verbū qō sentietis futurum. Credite victoriā vestrā iā pperare: et gentis furentis interitū. Non cōsentiētib⁹ ventis aquarū volumina īperfectis cursib⁹ refrenātur: ne hostes vestros ante pumāt q̄s iubētur. Statim diuino iussu virge ictu rumpit mare: et diuisis vndis cāpos quos natura nō nouerat exhibuit. Hianti⁹ vndis freti: archana et maris secreta declarat vnda. Erigitur in cumulū pelag⁹: r muror⁹ instar suspēsos exhibet fluctus. Fit litus vbi fuerat pelag⁹: r limite recto via porrigit: vbi popul⁹ dñi mirabiliter graderet. His nāq; visis popul⁹ dñi pter se cūcta gesta cognouit: et iussu diuino itrepidus introiuit. Ambulabat (inq̄t) secur⁹ dño pugnāte inuict⁹: sequit pharaonis exercit⁹ aquarū supplicio peritur⁹. Putabat illic posse se pugnare vbi solus cū suis fuerat periturus. Sic itaq; dñs locut⁹ est moysi. Hūc aduenit egypti interit⁹ Quos enī disperdere volui: supplicio hoc abolere disposui. Ad pristinū statū redeat maris qō fuerat: vt saluē iustis: interitū operet iniustis. Confestim iussu diuino impetu facto egyptij rapiūtur: et ruina aquarū oppressi fluctu voluēte in litore pijciūtur: ante mortui egyptij q̄s incolumes peruenirent hebrei. Hec vindicta debebatur vt citius periret: q̄ consequi denegauit salutem.

Wat.xv.

¶ Item eodē die Homelia de eo qō scriptuz est in euāgelio fm Matthēū. Accesserūt ad iesū ab hierosolymis scribe et pharisei dicētes. Quare discipuli r̄c. que habetur de questionibus euangeliorum. libro. j. ca. xvij. et. xix.

¶ Feria quinta post tertiā dñicam in quadragesima. De via trium dierum. Sermo. j.

Ser.xc. A

Exo.v.

Osee.vj.

Exo.xiij. B

Joh.xiiij.

C

Exo.xiiij.

Gal.iiij.

IN lectionib⁹ diuinis q̄ nobis pteritis dieb⁹ recitate sunt: audiuim⁹ dñm pcepisse moysi: vt viā trium dierū pgeret in desertū: et cū oīm populo sacrificaret dño. Videam⁹ fratres dilectissimi qd sit illud qō dixit moyses: Viā triū dierū ibimus in desertū: vt sacrificem⁹ dño deo nr̄o. Hec quidē volebat moyses sed ꝓtradicebat pharao: r nō volebat filios israel a se lōge discedere Nō volebat pnceps hui⁹ mūdi exercitū dñi triū dierū sacrameta cognoscere: illa vtiq; sacra de quib⁹ ppheta dixit. Viuificabit nos post duos dies: i die tertio suscitabit nos. Pzma dies passio dñi saluatoris est. Secūda qua descēdit in infernū. Tertia aūt resurrectionis est dies. Et ideo in die tertia de⁹ antecedebat eos p diē in colūna nubis: p noctē aūt in colūna ignis: ducēsq; popul⁹ p mare rubrū. Tres enī dies nō incōgrue possum⁹ dicere: patrē et filū r spūsctū: qz et pater dies est: r filj⁹ dies est: et spūssanct⁹ dies est: et hi tres vn⁹ dies. Viā triū dierū: qz exit⁹ de egypto recte intelligit ille q̄ dixit. Ego sum via r vita et vita: qz nemo venit ad patrem nisi p ipsum. Ipse est via pquā popul⁹ q̄ deo cōiungit de egypto. i. de idolorū obseruatione educit p mare rubrum xp̄i sanguine rubicūdū: r quodāmodo iā tūc in mysterio cōsecratū tanq̄ p baptismi sacrametū pharaone submerso: populus dei eripit. Et vere ita fit fres. Qū in salutari lauacro tertio xp̄iani mergūtur: tūc egyptij. i. originalia peccata vel actualia crimina q̄si in rubro mari sepeliūtur: et filijs israel pterāseūtib⁹ ad dei seruitiū: sola pattūtur pctā naufragiū. Et ne aliq̄s dubitet et putet nō oīa pctā sopiri p baptismū: agnoscat et intelligat: qz quō nullus remansit egyptiorū: sic nihil remanet penit⁹ pctōr. Sed anteq̄s mare rubrū trāsiretur: clamauit moyses ad dñm. Quō clamat: qz nulla ei⁹ vox audit? Et tū dicit ad eū de⁹. Quid clamas ad me? Vellem scire quomodo sancti sine voce clamēt ad deū. Apls docet. Quia dedit de⁹ spūm filij sui in cordibus nr̄is: clamātem abba pater. Et alibi. Ipse spūs interpellat p nobis gemitibus inenarrabilib⁹. Et iter. Qui autē scrutat corda: scit qd desideret spūs: qz scōm deū postulat p sanctis. Sic ergo inspirāte spūsancto: apud deū p silentiū sanctor⁹ clamor audit Post hec iubet moyses virga pcutere mare. In virga mysteriū sctē crucis agnoscite. Et verū est fres. Attēdite eni et videte q̄ nisi x̄ga sup⁹a mare eleuet: popul⁹ dei de pharaonis potestate nō tollitur. Sic est fratres kr̄i. Si sancta crux eleuata nō esset: christian⁹ popul⁹ in eternū periret. Eleuata x̄o virga. i. cruce erecta: cedit mare: cedūt r fluct⁹ eius: h est vincit mūdus et mūdi isti⁹ potestates. Cogit ergo fluct⁹ in cumulū: r vnda in semetipsa repressa curuat. Soliditatē recipit liquor: r solū mar⁹ aresc̄it in puluerē. Bonitatē creatoris intellige. Si volūtati ei⁹ obtēperas: si legē ipsi⁹ seruaueris: ipsa tibi elemēta etiā cōtra sui naturā seruire cōpellit. Orem⁹ q̄ fratres dilectissimi: vt dñs noster qō de egyptijs fecit in mari rubro: faciat in corde r in corporeno: vt detnobis virtutē et adiutoriū spūssancti: vt in nobilipsis spiritales egyptios possim⁹ extinguere. Extinguit nāq; spiritalē egyptiū: q̄ nō agit opera tenebrarū. Extinguit egyptiū: qui nō carnaliter sed spiritaliter viuit. Extinguit egyptiū: q̄ cogitationes sordidas r īpuras vel depellit ex corde: vel oīno nō recipit: sicut et apls dicit. Assumentes scutū fidei: in quo possum⁹ oīa tela maligni ignita extinguere. Hoc q̄ modo possum⁹ etiā hodie egyptios videre mortuos et iacētes ad litus: submergi q̄drigas eorū et equos. Possum⁹ etiā pharaonē videre submergi: si tāta fide viuam⁹: vt de⁹ pacis cōterat satanā sub pedib⁹ nr̄is velociter. Via etiā triū dier⁹: potest intelligi bñ cogitare: bñ loqui: bñ operari. Et reuera qui h agit et tota animi x̄tute custodit: nō in nocte sed in die ambulat: nec filj⁹ tenebrarū sed filj⁹ lucis efficit: r implet in illo illud qō apls dicit. Fuistis aliq̄n tenebre: nunc autē lux in dño: vt filij lucis ambulate. Qū fuimus tenebre fratres? Vtiq; qñ vias noctis ambulauim⁹. i. qñ malū cogitauim⁹: malū dixim⁹: malū etiā operati sum⁹. Postea x̄o veniētes ad r̄pm: p ipsi⁹ gratiā relinquam⁹ opera tenebrarū: et bene cogitādo: bene loquēdo: bene operādo viā lucis currere festinem⁹. Iste ergo sunt tres vie per quas puenit ad celū: sicut et ille tres alie sunt p quas amatores mūdi pueniunt in infernū: h est malū cogitare: malū dicere: malū facere. Ista est lata et spaciosa via que ducit ad pditionez. Et per istas vias diues purpurat⁹ descēdit in infernū: per illas x̄o alias lazarus ad abrahe puenire meruit sinū. Istas tres vias obsidet inimic⁹: sicut de pharaonis exercitu legim⁹. Electos ascensores ternos stantes demersit in mare rubrū. Qui sunt isti electi ascēsores? Electi vtiq; a diabolo ad luxuriam: ad malicia: ad oīm malorum caput superbiā. Et hi ergo terni stātes: istas tres obsident vias: vt ille aut hominē ad opera mala subuertat: aut ille sermonē malū eliciat: aut ille cogitationē iniquā extorqueat. Sed felix est q̄ totas tres istas vias deo adiuuāte deuitans: per totū triduū de pharaonis societate discedit: ita vt nullū illi diem subtrahat inimic⁹: nec splendorē fidei eius vertat in noctē. Et ideo fratres: faciamus illud qō scriptū est. Omni custodia serua cor tuū. Cōsideremus cū dei adiutorio: et custodiam⁹ corda simul et cōscientias nostras: et si est quisq̄s in nobis cui cogitationē mala inimicus eliciat: quātū potest laboret vt vel in sermone nō peccet: vt si ei diabolus vnū diem rapuit et cōuertit in noctem: vel scōm diē in illo obtinere non possit. Si vero r hoc subtilitate callidissima potuerit obtinere vt malum et corde cogitem⁹ et ore loquamur: si iam duos dies perdidim⁹: vel vnū diem cū dei adiutorio conseruem⁹: ne etiā nos vsq; ad opera mala possit nequitia inimici subuertere. Si vero et h factum est: non tamen de misericordia desperemus: sed cito per penitētiā de luto fecis pedes anime nostre excutere festinemus. Non enī vult dñs mortem peccatoris: sed vt conuertatur et viuat. Sic tamen cōuertamur: ne iterū retro respiciamus: neq; opera mala que fecimus faciamus: nec reuertamur quasi canis ad vomitū: sed ad preciosam r desidrabilem patriā tendentes: per viam bonorū operum peruenīamus ad regnum: regnāte domino nr̄o iesu christo: qui viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

Rom.viij D

Ephe.vj. E

Rom.xvj. E

Wat.vij. Luce.xvj. Exo.xliij. F

Iuerb.iiij puerb.iiij

Ezechiel. xxxiij. Prouerb. xxvj.

¶ Eodem die: de amara aq̄ et māna. Sermo. ij.

Ser.xcj. A

IN lectione que nobis ad missas legenda est: fratres charissimi auditurī sumus: q̄ filij israel post
Exo.xv. transitum maris rubri venerūt ad mara: id est ad aquā amarā: et non poterat populus bibere aquā eo q̄ esset amara. ℙro qua re dñs beato moysi oñdit lignū et misit illud in aquā: et facta est dulcis. Mirū admodū est vt lignū ostenderet moysi q̄ mitteret in aquā: et faceret eaz dulcem: quasi non potuisset sine ligno aquā dulcem efficere deus: aut moyses nesciebat lignū vt deus illi ostēderet. Sz videndū est: quid decoris in his interior habeat sensus. Rubrum enī mare: sacramētū baptismi significauit. Aqua amara: legis litterā signficauit. Deniq; lex si scōm litteram suscipiatur: satis amara est. Quomodo non esset amara q̄ occidit
ij.Cor.iij. dicēte apostolo. Littera occidit? Quid enī tam amarū q̄m vt
Esa. xvij. puer octaua die circūcisionis vulnus accipiat: et rigorē ferri tenera patiat infantia? Amarus satis et peramarū est hu-
j.Cor.x. iusmodi poculū legis: intantū vt populus dei non ille qui in moyse baptizatus est in mari: et in nube: sed christianus populus q̄ in spiritu et aqua baptizatus est nō possit bibere de ista aqua: sed ne gustare quidē de circūcisionis amaritudine potest: nec hostiarū ferre cruorē valet: nec sabbati obser-
B uantiā custodire. Si vero ostendat deus lignū quod mittat in hanc amaritudinē vt dulcis fiat aqua legis: potest de illa bibere christian⁹. Q̄d est istud lignū q̄d dñs ostendit? Salo-
pueř.iiij. mon demōstrat cū de sapientia dicit. Quia lignū vite est oībus amplectētibus eā. Si ergo lignū sapiētie christi missus fuerit in lege: et ostēderit nobis q̄nō spiritaliter intelligi debeat circūcisio: quomodo sabbata: quomodo lex observata sit: tūc efficit aqua amara dulcis: et amaritudo legis cōuertitur in dulcedinē intelligētie spiritalis: et tūc pōt bibere po-
E o.xv. pulus dei. Vt ergo possit bibi aqua amara: oñdit de⁹ lignū quod mittat in eā: vt qui ex ea biberit non moriat: nec amaritudinē sentiat. Vnde cōstat q̄ si q̄s sine ligno vite: id est sine mysterio crucis: sine fide christi: sine intelligētia spiritali bibere voluerit de legis littera: per amaritudinē moriat. Hec
ij.Cor.iij. sciens paulus apls dicebat: quia littera occidit: ō est aperte dicere: quia aqua amara occidit si non per spiritū in dulcedinem cōuertet. Lignū q̄ in aquā mittit: vt in dulcedinē ꝑmutet. Verū est fratres. Tūc amaritudo ab aqua tollit: q̄n cru-
C cis lignū baptismi sacramēto cōiungit. Et illud aduertite
Exo.xvj. fres: q̄ iudeorū sabbato deus manna nūq̄ oīno pluerit: nec meruerūt iudei vt eorū sabbato gratia illis de celo descēderet. In nostra autē dñica die nō solū semp venit manna sed etiam ab ipso die venīdi initium fuit. Semper ergo nobis dñs pluit manna de celo. Celestia nāq; sunt eloquia ista que nobis dicta sunt: et ideo nos q̄ tale mana suscipim⁹: semp nobis manna dat de celo. Vnde infelices iudei dolēdi t lugendi sunt: quia māna sicut patres ipsorū nō merētur accipere: illi nunq̄ manna mānducant. Non enī possunt manducare illud q̄d est minutum: sicut semen coriandri et cādidum sicut pruina. Nihil enī in verbo dei minutū: nihil subtile: nihil infelices iudei sentiūt spiritale: sed totū pingue: totū crassum
Esa.xxix. Incrassatū est enī cor populi huius. Sed et interrogatio no-
Mat.xiij. minis: ō idem sonat. Manna enī interpretat q̄d est hoc. Vide si non ipsa nominis ꝛtus ad discendū te ꝓuocat: vt cū audieris legē dei recitari in ecclesia: semper interroges et dicas doctorib⁹ quid est hoc. Hoc enim est q̄d indicat māna: Tu ergo si vis manducare manna: si cupis suscipere verbū dei: scito illud minutū esse et valde subtile sicut semē coriandri. Habet enī in se aliq̄d oleris quo nutriri t recreari possit
Exo.xvj. Rom.xiiij infirm⁹: quia qui infirm⁹ est olera mānducet. Habet aliq̄d rigoris: et ideo vt pruina est. Candoris autē et dulcedinis habet plurimū. Quid enim candidius: quid splēdidius eruditione doctrine? Quid dulcius: q̄d ve suauius eloquijs dñi:
pš.cxviij. D que dulcia sunt super mel et fauū? Sed quid est q̄d dicit: vt in die sexto duplū colligatur in repositionē quātum sufficiat etiā sabbato? Hoc scōm nostrā intelligentiam nō ociosi/ nec securi preterire debem⁹: sed per elemosynas recondere quātum sufficiat et in futuro die. Si quid enī hic boni operis acquiras: si q̄d iustitie: misericordie t pietatis recōdas:
Gal.vj. hoc tibi in futuro seculo erit cibus. Deniq; hoc t apostolus admonet dicēs. Que enim seminauerit homo: hec et metet. Quid ergo agim⁹ nos qui magis illud recondere volumus q̄ corrūpatur: nō quod permaneat et perduret in crastinū: id est in futuro seculo? Diuites auari et cupidi hec recondunt que in hoc seculo: immo cū seculo corrumpātur. Qui autem bona opera recōdunt: illa permanēt vsq; in crastinū. Deniq; scriptum est: q̄ qui infideles fuerūt: seruauerunt (inquit) de Exo. xvj.
manna: et ebullierūt ex eo vermes et cōputruit. Illud autez q̄ ꝓ die sabbati reponebat nō est corruptū: neq; vermes ebullierunt in eo: sed permansit integrum. Et tu ergo si propter presentem vitā tantūmodo et ꝓpter amorem seculi the saurizes: cōtinuo vermes ebulliunt. Deniq; audi de peccatoribus et his qui presens seculum diligūt q̄d prophetа dicat. Vermes (inquit) eorū non morietur. Isti sunt vermes Esa.lxvj.
quos generat auaricia: isti sunt vermes quos generat diuitiarum ceca cupiditas his qui habent pecunias: et videtes j.Joh.iij.
in necessitate fratres suos claudūt ab eis viscera sua. ℙropterea et apostolus dicit. Diuitibus autē seculi huius ꝓcipe nō superbe sapere: neq; sperare in incerto diuitiarū: sed j.Tim.vj
diuites sint in operibus bonis: facile tribuant: cōmunicent et thesaurizent sibi verā vitam. Sed dicit aliquis. Si manna verbū dei esse dicis: quomodo vermes facit? Verum est E
fratres. Nō aliūde fiunt vermes in nobis: nisi ex verbo dei. Sic enim ait. Nisi venissem et locutus eis fuissem: peccatū Joh.xv.
non haberēt. ℙost susceptum autē verbum dei qui peccat: efficitur ei ipm verbum vermis: qui eius semp cōscientiam fodiat t arcana pectoris rodat. Nunc ergo festinemus celeste mānа suscipere. Istud enī manna ꝓout vult quisq; talem saporē sapit. Audi enī et dñm dicentem his qui accedūt ad se. Fiat tibi scōm fidem tuā. Et tu ergo si verbū dei q̄ in ec Mat.ix.
clesia predicat tota fide/et tota deuotione suscipias: fiet tibi ipsum verbū quodcunq; desideras. Verbi gratia. Si tribularis: cōsolatur te dicēs. Cor cōtritum et humiliatū de⁹ non pš.l.
despiciet. Si letaris, pspere: cumulat tibi gaudia dicēs. Letamini in dño t exultate iusti. Si iracūdus es: mitigat te dicens. Dñs sanat omes languores tuos. Si paupertate cōsu- pš.xxxj. pš.cij.
meris: consolatur te dicens. Dñs erigit de terra inopē: et de pš.cxij.
stercore erigit pauperē. Sic ergo māna verbi dei reddit in ore tuo saporē quēcunq; volueris. Hoc tamen si quis infideliter suscipiat et nō comedat sed absc̄dat: putas ne eousq; deducendū est verbū dei vt etiam vermis fieri putetur? Nō te turbet auditus. Audi prophetam ex persona dñi dicentem.
Ego autē sum vermis et non homo. Sicut enim ipse est qui pš.xxj.
fit alijs in ruinam: alijs autem in resurrectionē: ita t ipse est Luce.ij.
qui nunc in manna fidelibus quidē dulcedo mellis: infidelibus autem vermis efficit. Et ideo fratres charissimi q̄tum F
possumus cū dei adiutorio in lectioni diuine studeamus insistere: vt legē dei spiritaliter mereamur agnoscere: vt nobis verbum dei nō efficiatur vermis qui nostras cōscientias iuditer arguat et affligat: sed illud impleat in nobis q̄d scriptum est. Q̄ dulcia faucibus meis eloquia tua dñe: super pš.cxviij.
mel et fauum ori meo. Quā gratiam orem⁹ vt nobis de⁹ ꝓ sua pietate prestare dignetur: cui est honor et imperiū cū patre et spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

¶ Item eodē die Homelia de eo q̄d scriptū est in euāgelio ꝑm Johānē. Operamini nō cibū q̄ perit. tē. que habet in expositione doctoris. tractatu xxiiij. fo. clxxij. col. ij. Joh.vj.

¶ Fer. vj. post. iij. do. i. xl. de eo q̄d scriptū ē in euangelio ꝑm Johannē. Venit iesus in ciuitatē samarie que dicitur sichar tē. Et de nō differēdo baptismo. Sermo. j. Joh.iiij.

IN lectione euāgelij infirmitatē humani generis Ser.xcij.
suscepisse dñm iesum xp̄m plenissime nobis sctūs A
euāgelista mōstrauit. Si quidē cū dixisset venisse Joh.iiij.
dñm in ciuitatē samarie q̄ dicit sichar: iuxta predium q̄d dedit iacob ioseph filio suo: in quo ꝑdio erat fons iacob: addidit. Jesus (inq̄t) fatigatus ex itinere sedebat sic supra puteū. Venit dñs noster iesus xp̄s ad predium q̄d sanctus iacob ioseph filio suo dereliquerat: q̄d prediū non tam ioseph q̄m xp̄o arbitror derelictuz. Cuius figurā sanctus ioseph patriarcha portauit: quē vere sol adorat et luna et oēs stelle benedicūt. Ad hoc prediū ideo venit dñs vt samaritani qui hereditatē sibi patriarche israel vendicare cupiebāt: agnoscerent possessorē suū: et cōuerterētur ad xp̄m qui legi-

Annotatō nūer alis ordinis sermonuz huiꝰ opis.

timus patriarche heres est factus. Jesus (inqt) fatigatꝰ ex itinere sedebat sic supra puteū. Videte diuersitatē mysterij Inter apostolos exultabat in spiritu in monte positus: non solum confortabat eos: verumetiam gloriam his propriam demonstrabat / in samaria cōstitutus fatigatus ex itinere sedebat supra puteum. Nunquid dei virtus poterat fatigari? Non vtiqz sed fatigabatur qꝫ fidelem populum inuenire nō poterat. Tunc ergo fatigatur christus: quādo nullam virtutem in suo populo recognoscit. Hodieqꝫ fatigat eum inobedientia nostra / fatigat eum infirmitas nostra. Infirmi enim sumus quando non ea que fortia sunt atqꝫ perpetua: sed temporalia ꝛ caduca sectamur. Bene ait. Sedebat supra puteū: non requiescebat: quoniam in samaritanis non poterat requiescere. Et hora inquit erat quasi sexta. Sexta die deus de limo terre hominem figurauit: sexta hora venit samariam visitare: vt si in eum samaritani crederent: ipse in his ꝛciperet requiescere: vt verum illud quietis sabbatuz celebraret. Sedebat ergo dominus supra puteum: et venit samaritana mulier haurire aquā. Magnū mysterium. Venit mulier ad puteum: et fontem que non sperauit inuenit. Dicit ad eam dominus. Da mihi bibere. Bonus dominus vltro se offert non querēti: vt cōpleat illud ꝓpheticū. Palā, apparui nō querētibꝰ me: inuētus sum ab his q̄ non interrogauerūt nomē meū. Petit bibere datur⁹: sedit supra puteū: vt nō i altitudine ḡram⁹ aquā: sz de eo fonte q̄ supra oēs aquas est salutaria nobis pocula hauriam⁹. Quis ē fons nisi dñs noster iesus xp̄s qui dicit. Apud te ē fons vite: et in lumine tuo videbim⁹ lumen? Bonus fons qui nos de huius vite refrigerauit incēdio: et inundatione sua ariditatem nostri pectoris temperauit. Unde ꝛ mulieri dicitur. Si scires donum dei / et quis est qui dicit tibi / da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo: ꝛ dedisset tibi aquā viuam. Non omnes sciunt donum dei: quia non omnes desiderant aquā viuam. Si enim desiderarent: nunqz circa se baptismi sacramēta differrent. Ipsi igitur de se pronunciant: et vite sue testimonium perdunt: qui ideo volunt tardius baptizari vt flagitia ꝛ scelera multa committāt. Moli differre o hō remedia salutis tue / quoniam nescis quādo a te anima tua repetat. Denqz samaritana ignara mysterij dicebat. Domine neqz hauritoriū habes et puteus est altus. Ante aduentum domini ꝛ puteus altus erat: et sine hauritorio aquam sibi vnusquisqz haurire nō poterat. Venit dominus fons viuus vt phariseoꝝ corda dilueret: sitim extingueret / pectora satiaret / non querens hauritorium sed vltro se infundens mentibus singulorum. Et addidit. Omnis qui bibit ex hac aqua quā ego dabo ei non sitiet in eternum: sed fiet in eo fons aque saliētis in vitam eternam. Unum baptisma docet qui post ingressum eterni fontis ꝛ celestis poculi sacramentum: vnumquēqz nostrum sitire non patitur. Et ideo nos quibus tanta beneficia nullis precedentibꝰ meritis prestitit diuina misericordia / quantū possumus cum ipsius adiutorio laboremus: vt tāte pietatis gratia non nobis iudiciū pariat sed profectum. Quod ipse prestare dignetur / cui ē honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Exo.xvij.

¶Eodem die de Raphidin et de petra percussa et Amalech. In quo et nomē raphidin interpretatur et cetera. Sermo.ij.

Ser.xciij. A ij.Tim.iij

OMnes inqt apostolus qui volūt pie viuere in christo: persecutionem patiūtur: et ab hostibus impugnantur. Et ideo agens quisqz iter vite huius: auxiliante christo indesinenter debet esse armatus: et stare semper in castris. Si ergo et tu semp vigilare voluer is vt te cognoscas in domini castris militare: obserua illud

ij.Tim.ij. quod idem apostolus dicit. Nemo militans deo: implicat se negocijs secularibus: vt ei placeat cui se probauit. Qui si ita militas vt a rebus secularibus liber sis: ꝛ in castris dei agas semper excubias: vt dicatur de te illud qd̄ paulo superi⁹ au-

Exo.xvij. diuimus: quia per verbū domini exeas de deserto sin: et venias in raphidin. Sin interpretatur tentatio: raphidin vero sanitas iudicij. Qui bene exit de tentatione: ꝛ quem tentatio probabilem reddit: ipse venit ad sanitatem iudicij. Saluus erit et sanitas cū eo erit: qui in tentatione vite presentis nunqz contra deum murmurās minime fuerit vulneratus / sicut

Apoca.ij. in Apocalipsi legim⁹. Qui vicerit dabo ei edere de ligno vite qd̄ est i paradiso. Venit ergo ad sanitatē iudicij: qui bene causam alterius audiēs disponit sermones suos in iudicio: et munera super innocētem non accipit. Quid ergo in consequentibus scriptura cōmemorat. Sitiuit inquit tibi populus aquā: et murmurauit contra moysen. Cum enim diuisset. Sitiuit populus / quid opus fuit vt adderet aquas? Sic eēm habet antiqua trāslatio. Quare hoc addidit: nisi aquam sitiuit qui debuit sitire iusticiam? Beati enim qui esuriunt et sitiūt iusticiaz. Et iterum. Sitiuit aīa mea ad deum viuū. Multe enim sunt sites. Sitiunt iusti: sitiunt et peccatores. Illi iusticiam: illi luxuriam. Justi sitiunt deū / peccatores sitiunt aurum. Sitiuit ergo populus aquam: qui debuit sitire iusticiā Dixit ergo ad moysen dominꝰ. Tolle virgam et percute petram: vt educat populo aquam. Ecce est petra: ꝛ habet aquā Sed hec petra nisi percussa fuerit aquas omnino non habet percussa vero fontes producit et flumina / sicut in euangelio legimus. Qui credit in me flumina de ventre eius fluēt aque viue. Percussus enī christus in cruce / noui testamenti fontes eduxit. Necesse enim erat vt ille percuteretur. Nisi enīz ille percussus fuisset: et de sacro eius latere sanguis et aqua manasset / vniuersus mundus sitim verbi dei patiēs interisset. Percussit ergo moyses virga bis silicē. Quid est hoc fratres? Nec hoc puro esse sine mysterio. Quid est hoc q̄ non semel sed bis virga percussa est petra? Ideo secūda vice petra percutitur: quia duo ligna in crucis patibulo erigūtur: quia in vno ligno sacras manus expandit / in alio vero a capite vsqz ad pedes immaculatum corpus extēdit. Bibit ergo de petra populus: et statim bellū iniit contra amalech. Videte fratres: quia postea q̄ quisqz de petra biberit: id ē christi sacramenta susceperit: necesse est illi ad pugnam procedere. Tādiu enim aliquis diabolum contra se pugnantem non sentiet: q̄diu opera illius exercere voluerit. Qui vero illum reliquerit et de petra bibens christum sequi elegerit / necesse est vt illū patiatur infestum / cui iusto iudicio voluit preponere christum. Quisqz ergo christo coniungitur / non ad delitias / non ad voluptates sed ad prelium preparetur: qz omnes qui volunt pie viuere in christo: persecutionē patiuntur. Et iteruz. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū dei. Inierunt ergo bellū filij israel: et moyses vocat iesum et dicit ad eum. Elige tibi viros et pugna contra amalech. Usqz ad hunc locū beati huiꝰ nominis mētio: id est iesus nusqz facta est. Hic primū vocabuli huius splēdor obfulsit. Moyses vocat iesum / ex inuocat christū. Elige inquit tibi viros potentes. Non poterat moyses eligere viros potētes. Jesus solus est qui pōt viros potētes eligere. Ipse vtiqz q̄ dixit apostolis suis. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos. Ipse est qui domū fortis intrauit: ꝛ vasa eiꝰ diripuit. Moyses autē ascēdit in verticē collis. Et factuz est cū eleuaret manꝰ suas moyses: vincebat israel. Aduertite fratres. Moyses manus quid ē leuat: non tū extendit. Cui ḡ seruabat vt manꝰ extēderet nisi dño nostro iesu xp̄o: q̄ extēsus in cruce vniuersū orbē cōplexurꝰ brachia pietatis expādit? Moyses ḡ leuauit manus: ꝛ licet nō expādit: tū ipsa eleuatiōe mysteriū crucis ostēdit. Videte fratres iā tunc p sacramentū crucis supatas esse aduersarias gētes. Et nos frēs dilectissimi si adiuuāte dño manus erigim⁹: diabolū supamus. In manibꝰ opa debem⁹ accipere. Si ḡ talia sunt opa tua vt illa possis in altū in ꝛspectu dñi leuare / potes etiā ꝛ tu in teipso aduersarios tuos extinguere. Quis bñ manꝰ leuat / nisi qui p elemosynā i celo iugiter thesaurizat? Quis ḡ bene manꝰ leuat: nisi q̄ assidue victum ac vestitū pauperibus subministrat? Quis bñ manꝰ leuat? Ille vtiqz qui ipletillud apli. Eleuātes inqt puras manus sine ira ꝛ disceptatiōe. Quia ḡ q̄tidie nobis et vobis pugna imminet ꝓtra aduersarias ptātes / si volumꝰ vincere: manus nr̄e. i. actus nr̄i et cōuersatio nr̄a nō sit in terris: sed sicut apli dicit: sup terrā ambulātes ꝓuersationē habeam⁹ in celo. Scriptū est tū: qz sic vitulꝰ ablingit i cāpis herbā viridē: ita ppli israel ablinget ppl'm amalech sup terrā. Per qō indicari videtur: qz populus dei nō tantū manu ꝛ armis q̄ voce pugnabat ꝛ lingua: id est oratiōe ad deū fundebat. Ergo et tu si vis vincere: audi apl'm dicentē. Orationi insistētes: ꝛ vigilātes in ea. Hec est xp̄iani pugna gl'iosissima: nō in suis viribꝰ presumere: sed semp dei auxiliū implorare / cui est honor ꝛ imperiū cū patre ꝛ spiritu sancto i secula seculoꝝ. Amē.

Pū.cxj.
Pū.xiiij.
B
Exo.xvij.
Mat.v.
Pū.xlj.
Joh.vij.
Joh.xix.
Exo.xvij.
L
vbi ꝑ.
D
Exo.xvij.
Joh.xv.
Mat.xij.
Exo.xvij.
j.Tim.ij.
Phil.iij.
Col.iiij.

Diui Augustini De Tempore.

Item eodē die Homelie de eodem de quo supra in euangelio ſm Johannem /que habētur in expoſitiōe doctoris tract. xv. fo. clviij. col. j. Et in libro. lxxxiij. queſtionū /queſtione. lxiij.

Joh. iiij.

Sabbato poſt tertiā dominicā in quadrageſima. Sermo habitus ad mēſam ſancti Cypriani de eo qō ſcriptum eſt in pſalmo. Erudimini qui iudicatis terrā Et quid ſit iudicare terrā dat intelligere. ac de muliere adultera. Primus.

Pō. ij.

Sermo. xciij. A j. Cor. ix.

Erudimini oēs qui iudicatis terrā. Terram iudicare eſt corpus dānare. Audiamus apoſtolū iudicantem terram. Non ſic pugno inq̄t tanq̄ aerē cedens: ſz caſtigo corpus meū ⁊ in ſeruitutē redigo: ne forte aliis prēdicās ipſe reprobus efficiar. Audi ergo terram iudicantē terram: ⁊ iudica terrā /ne ſis terra. Si eī terram iudicaueris: celū eris: et in te factā glorīā domini enarrabis. Celi enim enarrant glorīā dei. Si autem terrā non iudicaueris: terra eris. Si autez terra fueris: ad eū pertinebis cui dictū eſt. Terram māducabis. Audiāt ergo iudices terre. Corpus caſtigent: libidines frenēt: ament ſapientiā: vincant concupiſcentiā. Et vt hoc faciāt eruditiāk. Hec eſt autē ſumma eruditionis. Seruite dño in timore: et exultate ei cū tremore. Exulta ei non tibi. Ei a quo es qō es: ⁊ q̄ homo es: et q̄ iuſtus es. Si autē putaueris q̄ ab illo quidē homo es: a te autez iuſtus es /non ſeruis dño in timore: nec exultas ei in tremore: ſed tibi in pſumptione. Et quid tibi fiet niſi qō ſequtur? Ne qñ iraſcatur dñs: ⁊ pereatis (inq̄t) de via iuſta. Non enim ait. Ne quādo iraſcatur dñs: et nō intretis in viā iuſtā: ſed pereatis de via iuſta. Jam enim videris tibi iuſtus nō rapiendo alienū: non adulterando /nō homicidiū faciendo: nō falſum teſtimoniū aduerſus proximū dicendo: patrez et matrem honorando: vnū deum colendo: idolis et demonijs nō ſeruiēdo. De hac via peribis: ſi tibi iſta a teipſo eſſe putaueris. Jnfideles eī non intrant in viā iuſtam. Superbi pereūt de via iuſta. Quid enī ait? Erudimini q̄ iudicatis terrā. Et ne forte vires ⁊ potentiā: q̄ iudicatis terrā: vobis tribuatis: a vobiſipſis eā vobis ēe credatis /nolite ſic. Seruite dño in timore: exultate nō vobis in pſumptione ſed ei in tremore. Ne qñ iraſcat dominꝰ et pereatis de via iuſta: cū exarſerit cito ira eius. Quid ergo faciēduz eſt ne pereamꝰ de via iuſta? Beati oēs qui cōfidūt in eo. Si beati q̄ cōfidūt in eo: miſeri qui cōfidūt in ſe. Maledictꝰ enim oīs hō qui ſpem ſuā ponit in hoīe. Ergo nec in te: q̄ et tu hō es. Si eī ſpem tuā poſueris in alto hoīe: ſz ordinate humilis eris. Si autē ſpem tuā poſueris in te: piculoſe ſupbis. Quid aūt interest? Utrūq̄ perniciosum. Nihil hoz̄ eligendū: ſz ordinate humilis nō leuak: periculoſe ſupbus p̄cipitak. Deniq̄ vt nouerit ſanctitas veſtra ꝓpter iſtū ſenſū redarguendū ⁊ cōſumendū qō in ſe d̄ſq̄ cōfidit: diuturna eē iſta verba. Seruite dño in timore: ⁊ exultate ei cū tremore. Apl̄m audite hec ipſa verba dicentē: ⁊ ſententiā cur dicta ſint explanātez. Ecce apl̄i verba ſunt. Cū timore ⁊ tremore veſtrā ipſoz̄ ſalutē operamini. Quare ergo cū timore ⁊ tremore meā ſalutē operoz: cū ſit i poteſtate mea operari ſalutē meā? Vis audire quare cū timore ⁊ tremore? Deus eſt eī qui operak in vobis: ideo cū timore et tremore. Quia qō impetrat humilis: amittit ſupbus. Si ergo deꝰ eſt qui operak in vobis: ād̄re dictū eſt: veſtrā ipſoz̄ ſalutē operamini? Quia ſic deꝰ in nos operak vt et nos opemur. Adiutor meus eſto. Deſignat eē operatorē: qui ſuocat adiutorē. Sed volūtas inq̄t mea bona eſt. Fateor tua. Sed ⁊ ipſa a q̄ data: a quo excitata? Noli me: ipm apoſtolū interroga. Deus eſt eī inq̄t qui opak in vobis ⁊ velle ⁊ operari ꝓ bona volūtate. Quid eſt ergo qō tibi arrogabas? Quid eſt qō ſuperbus ibas ⁊ peribas? Redi ad coꝛ tuū: inueni te malū: et vt ſis bonus: inuoca bonum. Non enim in te placet deo: niſi quod habes ex deo. Qō autē habes ex te: diſplicet deo. Si bona tua cogites: q̄d habes qō non accepiſti? Si autē accepiſti: q̄d gloriaris quaſi nō acceperis? Solus eſt ille qui nō nouit niſi dare. Nō habet datorez: quia nō habet meliorē. Quo tu ſi inferior es: immo quia inferior es: gratulare quia ad eius imaginē factus es: vt in illo inuenīaris qui in te periſti. Non enim potuiſti in te niſi pdere te: nec ſcis inuenire te niſi ille qui fecit te quera te. Alloquamur tamē et eos qui ſm iſtam viſibilē et popularem intelligentiam iudicant terrā. Judicant enim terram reges /duces /principes /iudices. Unuſquiſq̄ ꝓ munere qō accepit in terra: iudicat terram. Quid eſt autē quod dicitur. Judicat terram: niſi iudicat homines qui ſunt in terra? Nā ſi terram ꝓprie non accipias niſi quā calcas: agricolis ergo dictum eſt: qui iudicatis terrā. Porro autem ſi reges iudicant terram et qui ſub regibus poteſtatem accipiūt a regibus: erudiātur et ipſi: quia terra iudicat terrā. Et timere debet eum qui eſt in celo terra iudicans terram. Parem quippe ſuum iudicat: homo hominē: mortalis mortalē: peccator peccatorem. Si enim ꝓcedat in medīū dominica illa ſentētia. Qui ſine peccato eſt: ꝓior in illam lapidem mittat: nōne omnis iudicans terram terremotum patitur? Euangelicuz capitulum recolamus. Phariſei tentātes dominum: adduxerunt ante eum mulierē in adulterio deprehenſam. De quo peccato pena fuerat lege definita: lege ſcilicet data per moyſem famulum dei. Hac ergo complexione doloſa ⁊ fraudulēta ad dominum phariſei acceſſerūt vt ſi uideret lapidari mulierem diffamatam: perderet māſuetudinem. Si autē qō lex iuſſerat prohibere: peccaſſe teneretur in lege. Sicut autem interrogantes de tributo ceſari reddendo: ore ſuo cepit vicisſim interrogans cuius eſſet ꝓlatus nūmus: cuius haberet imaginem et ſuperſcriptionez. Reſpondentes enim ipſi qui interrogauerunt: in nummo eſſe imaginem ceſaris. Reſpondit eis ſm os ipſoz̄. Reddite ceſari que ceſaris ſunt: et deo que dei ſunt: vt admoneret ſic reddendā deo in homine imaginem dei. Quē admoduz in nummo imago ſua redditur ceſari: ita et in iſta adultera interrogatores interrogauit: ⁊ ideo iudices iudicauit. Non prohibeo inq̄t lapidari: quā lapidari lex iuſſit: ſed quero a quibus. Non enim reſiſto: ſed legis miniſtrū requiro. Deniq̄ audite. Lapidare vultis ſm legē. Qui ſine peccato eſt /ꝓior in illam lapidez mittat. Quando autem hec audiuit: digito ſcribebat in terra: vt erudiret terram. Quādo autem hoc dixit phariſeis: leuauit oculos ſuos et inſpexit terrā: et fecit eam tremere. Proinde cum hoc dixiſſet: iterum cepit ſcribere in terra. At illi compuncti et tremefacti /vnus poſt alterū diſceſſerunt. O terremotū: vbi ſic terra mota eſt vt etiā mutaret locū. Illis ergo diſcedentibꝰ: remanſit peccatrix ⁊ ſaluator. Remanſit egrota et medicus. Remanſit miſera et miſericordia. Et aſpiciens mulierē dixit. Nemo te cōdēnauit? Et illa. Nemo domine. Sed tū adhuc ſollicita erat. Peccatores eni dānare non auſi ſunt. Nō auſi ſunt lapidare peccatrices: qui ſeipſos intuentes ſimiles inuenerūt. Sed adhuc mulier erat in magno periculo: quia et ille iudex remanſerat qui erat ſine peccato. Nemo inquit te dānauit? At illa. Nemo domine. Sed nec tunc ſecura ſum. Cui ſollicitudini tacite dominus voce reſpōdit. Nec ego te condēnabo. Illos a vindicta repreſſit conſciētia: me ad ſubueniendum inclinat miſericordia. Hec attēdite ⁊ erudimini omnes qui iudicatis terrā. Omnes ſcilicet: quia etiam ſic intelligendū eſt de quib⁹ apoſtolus dicit. Omnis aīa poteſtatib⁹ ſublimioꝛib⁹ ſubdita ſit. Non eſt enī poteſtas niſi a deo Que aūt ſunt: a deo ordinata ſunt. Qui reſiſtit poteſtati: dei ordinatiōi reſiſtit. Principes enī nō ſūt timori bono operi: ſed malo. Vis autē non timere poteſtatē? Bonū fac et habebis laudē ex illa. Et ſi non ab illa: tamē ex illa. Aut enī iuſte agis: ⁊ iuſta poteſtas laudabit te. Aut iuſte agētem etiā ſi potestas iniuſta dānet te: deus iuſtus coronabit te. Ac per hoc tu iuſticiam tene: tu bene viue. Et ſi dānet ſiue abſoluat: habebis laudem ex illa. Beatus ille cuiꝰ hic ſanguis fuſus eſt. Nonne ex illa poteſtate anteq̄z et viſus eſt iudicari: laudem inuenit? Confeſſionem ꝓmiſit /in fide permanſit. Mortez non timuit /ſanguinē fudit: diabolum vicit. Ut ergo nō ſitis inique poteſtatis quicunq̄ homines vultis habere in poteſtate: erudimini ne puerſe iudicetis: et ante omnia pereatis q̄ quēq̄ carne perdatis. Judex eſſe vis /nō potes meritis: vel pecunia /nondum reprehendo. Fortaſſe enī prodeſſe cupis rebus humanis: ⁊ emis vt prōſis: vt ſeruias iuſticie non parcis pecunie. Pri⁹ ꝓpter te eſto iudex inte. Pri⁹ iudica te de te: vt de penetrali cōſciētie ſecurꝰ pcedas ad alterꝰ. In teipm redi: te attēde: te diſcute: te audi. Ibi te volo pbare in tegrū iudicē: vbi nō q̄ris poteſtatē. Procedere vis cū poteſtate: vt alter tibi dicat d̄ altero qō tu neſcis: pri⁹ inꝰ iudica.

Jo. viij.

De verbis dñi. Ser. xlvij. b. Mat. xxij.

Leuit. xx.

Joh. viij. E

Rom. xiij. F

G

Annotatõ nũeralis ordinis sermonũ hui⁹opis.

Nihil tibi dete dixit conscientia tua? Si nolis negare vtiq; dixit. Nolo audire quid dixerit. Tu iudica q audisti. Dixit tibi de te quid feceris/quid acceperis/qđ peccaueris. Vellem scire qualem sentẽtiam ptulisti. Si bene audisti: si recte audisti/si in audiendo iust⁹ fuisti: si tue mentis tribunal sedisti/si teipsum ante teipsum in eculeo cordis suspendisti: si graues tortores adhibuisti/si timores bene audisti/si sic audisti et proculdubio penitẽdo peccatũ punisti. Ecce t discussisti et audisti et punisti: ettamen tibi pepercisti. Sic audi et proximũ tuum/si eruditaris sicut admonuit psalm⁹. Erudimini qui iudicatis terrã. Sic audi proximũ tuum: quomodo audis t te. Peccata persequeris/non peccantẽ. Et si forte quisq; durus est ad corrigenda peccata auersus a timore dei: hocipsum ẽo persequeris: hocipsum corrigere conaberis. hoc perdere et tollere laborabis vt seruet homo peccato

xxiij.q.iiij duo. dãnato. Duo enĩ nomina sunt hõ et peccator. Hominẽ deus fecit: peccatorẽ seipse homo fecit. Pereat qõ fecit homo: liberetur qõ fecit deus. Moli ergo vsq; ad mortẽ: ne cum perseueris peccatũ perdas hominem. Moli vsq; ad mortẽ: vt sit quem peniteat/homo non necet vt sit qui emendetur. Hanc incordẽ retinẽs hõ inter homines dilectionẽ: esto undex terre: et ama non currere sed diligere. Si superbis/supbi in peccata: non in hominẽ. In illud seui qõ tibi displicet et in tenõ ineum qui factus est sicut tu. De vna officina existis: vnũ artificem habuistis: vnus limus est vestra materies. Quid perdis non amando quẽ iudicas? Quoniã iusticiam perdis nõ amando quẽ iudicas. Adhibeantur pene/non recuso/nõ interdico: sed animo amãtis/animo diligẽtis/animo corrigẽtis. Non enim filiũ tuum non erudis? Et prius agis vt si fieri potest pudore t liberalitate eruditur t erubescat patrẽ offendere non tanq; seuerũ iudicem timeat. Gaudes ad talẽ filium. Sed si fuerit forte ista contẽnens: adhibebis et verbera. Incutis penã/ingeris dolorem: sed queris salutẽ. Multi amore/multi timore correcti sunt: sed per tremorem timoris ad amorem peruenerũt. Erudimini qui iudicatis terrã.

Pſã.ij. Diligite et iudicate. Non enĩ sic querit innocẽtia: vt pereat

Sapiẽ.iij. disciplina. Scriptum est. Disciplinam qui abiicit infelix est Bene potest addi ad istam sententiã. Sicut disciplinam qui abiicit ifelix est: sic disciplinã qui negat crudelis est. Ausus sum aliquid dicere fratres mei qõ vobis aliquãto plenio⁹ exponere ipsi⁹ rei obscuritate cõpellor. Repeto qõ dixi: Disciplinam qui abiicit infelix est. Hoc est manifestus. Disciplinã qui non dat crudelis est. Teneo prorsus/teneo et ostendo feriendo pium: parcendo crudelẽ. Exemplum ante oculos pono. Vbi iuenio feriendo piũ? Non eo ad alios: ad patrẽ et filium eo. Pater quãdo ferit amat: t nõ vult puer cedi. Contẽnit voluntatẽ: consulit ad vtilitatem. Quare? Quia pater est: quia hereditatẽ parat: q; successorẽ nutrit. Ecce feriẽdo pi⁹ est pater: feriendo miserior est. Da mihi hominẽ parcẽdo crudelez. Non recedo a ꝓpositis: eos ipsos ante oculos pono. Sed si puer imperitus t indisciplinatus sic viuat vt pereat: et pater dissimulet: pater parcat: pater perditũ filium disciplineasperitate offendere timeat: nonne parcendo crudelis

Pſã.ij. est? Erudimini ergo qui iudicatis terram: et bene iudicãdo non a terra premiũ: sed ab illo spectate qui fecit celũ et terrã.

Eodem die. De decem in lege preceptis/t de decem plagis. Sermo. ij.

Ser.xcv. A

HOn est sine causa: fratres dilectissimi: q; preceptorum legis dei numerus cũ numero plagarũ quib⁹ egyptus pcutit exequari videt. Mã sicut decẽ precepta sunt legis quib⁹ ad cultũ dei populus admonetur: ita decẽ plage legunt: quib⁹ supbia egyptior affligit. Cõsideremꝰ ergo cur t ibi decẽ ꝑcepta: t hic decẽ plage memorentꝰ. Ideo sine dubio: q; in illis erãt vulnera/in istis medicamẽta. Et opus erat vt periculosis plagarũ decẽ vulneri

Exo.xx. bus decẽ ꝑceptorũ medicamina subueniret. Primũ est preExo.vij. ceptũ in lege de vno deo. Mõ erũt inq̃t tibi dij alij ꝓter me. Prima plaga egyptior: aqua cõuersa in sanguinẽ. Cõpara primũ preceptũ prime plage: deũ vnũ ex q̃ sunt oĩa: in silitudinẽ aque ex aqua generant oĩa. Ad quã autẽ rem ptinet sanguis/nisi ad carnẽ mortalẽ? Quid ẽ g aq̃ uersio i sanguinẽ

Rom.j. nisi q; illi q̃ i dũm credere noluerũt: sicut dicit Apls. Obscuratum est insipiẽs cor eorum: dicentes se esse sapiẽtes: stulti facti sunt. Aqua enim in sanguinem vertitur: quia sensus egyptiorũ obscurus t tenebrosus efficitur. Et iusto dei iudicio factum est: vt de illo fluuio sanguinẽ biberent: in quo hebreorum paruulos necare cõsueuerant. Secundũ preceptũ. Nõ B

Exo.xx. accipies nomen domini dei tui inuanum. Qui enim accepit nomen domini dei sui inuanum: non mũdabitur. Nomen enĩ domini iesu christi: veritas est. Ipse enĩ dixit. Ego sum

Joh.xiiij. veritas. Et quia veritas mundat/vanitas inquinat: videamus huic secundo precepto contrariã plagam: ranarũ abun

Exo.viij. dantiam. In ranis heretici intelliguntur atq; philosophi. Philosophi enĩ vel heretici q; in christo omnia falsa esse dicunt/rane sunt clamãtes in paludib⁹ lumosis. Per superbiã et inanem contẽtionem strepitum vocis habere possunt/doctrinam vere sapiẽtie insinuare nõ possunt. Qui enĩ christiane veritati contradicũt: et in sua vanitate decepti: decipiũt: rane sunt tediũ afferentes auribus non cibum mentib⁹. Ter C

Exo.xx. tium preceptum est. Memento inquit vt diem sabbati sanctifices. In isto tertio ꝑcepto insinuatur quedã vacationis indicio: requies cordis: tranquillitas mentis quã facit bona cõscientia. Ibi enim est sanctificatio: q; ibi est spiritus dei. De

Esa.lxvj. nicq; videte vacationem/hoc est quietem. Super quẽ inquit dominus requiescam: nisi super humilẽ et quietum et tremẽtem verba mea? Spiritale enim sabbatũ non obseruant/nisi illi qui se ita temperate operib⁹ terrenis accõmodant: vt tamen lectioni et orationi: et si non semper certe vel frequenter

j.Tim.iiij insistant: fm apostolũ. Attende lectioni diuine doctrine. Et

j.Thes.v. iterum. Sine intermissione orate. Qui enim tales sunt/quotidie spiritaliter sabbatum colunt. Qui vero inquieti sunt et iugiter terrenis actibus implicantur: de quibus scriptũ est. Impedimenta mundi fecerunt eos miseros: id est requiem habere non possunt. Attendite tertiam plagã: huic tertio preExo.viij. cepto contrariam. Cynifes nati sunt in terra egypti de limo: muscę minutissime/inquietissime/inordinate volãtes: in oculos irruentes/non permittentes hominẽ quiescere: dum abigũtur iterum irruunt: dum expulse fuerint iterum redeunt. Quales iste sunt muscę/tales sunt homines inquieti/qui sabbatum spiritaliter obseruare: id est bonis operibus studere t lectioni vel orationi insistere nolũt. Et quomodo corpus humanum ab istis muscis affligitur: ita cor illorũ diuersis cogitationibus inquietatur t compungitur. Tenete preceptũ D

Exo.xx. cauete plagam. Quartum preceptũ est. Honora patrẽ tuum et matrem tuam. Huic contraria quarta plaga egyptiorum

Exo.viij. cynomia: id est musca canina. Hebreum enim vocabulum est. Qui enĩ parentes honorare dissimulat/muscã hunc canina: id est diaboli nequicia spiritaliter affligit t cruciat. Caninũ est enĩ parentes non agnoscere. Nihil tam caninum: cq; cum illi qui genuerunt non agnoscũtur. Quintum preceptum est

Exo.xx. Non mechaberis. Quinta plaga mortui pecoris. Omnis enĩ qui aut vxore proprĩa ĩtemperate (excepto filiorum desiderio) vtitur: aut certe (qđ est crimẽ grauissimũ) qui vxorem aut filie aliene aut ancille vel sue vel alterius insidiatur et nõ revocatur penitendo victus cupiditate bestiarum/tanq; amisso homine erit pecus: non quasi conuersus in naturam pecoris: sed in humana forma habẽs similitudinem pecoris/qui non vult audire dicentem dominũ. Nolite fieri sicut equus

Pſã.xxxj. et mulus: in quibus non est intellectus. Et illud. Homo cum

Pſã.xlviij. in honore esset non intellexit/comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. Sed si pecus esse non times: vt mori sicut pecus time. Sextum preceptum. Non oE

Exo.xx. cides. Sexta plaga pustule in corpore et vesice bullientes et

Exo.ix. scaturientes incendia vulnerum de fauilla fornacis. Tales sunt homicidales. Ardẽt ira: quia per iram homicidij frater nitas perijt. Ardent homines iracũdia/ardent t gratia. Mã et qui vult subuenire feruet: qui vult occidere feruet. Iste precepto: ille morbo. Iste bonis operib⁹: ille isanios vlceribꝰ. Si possemꝰ videre aĩas homicidarũ: sine dubio plus plangeremus q; putrescẽtia corpa vlceratorũ. Sequit ꝑceptũ se-

Exo.xx. ptimũ. Non furaberis. Et plaga septima grãdo in fructib⁹.

Exo.ix. Nõ per furtũ ꝓtra dei ꝑceptũ subducis de celo perdes. Memo enĩ habet iniustũ lucrũ sine iusto dãno. Qui furat (verbi gratia) acq̃ret vestẽ: sed celesti iudicio perdet fidez. Vbi lucrum: ibi dãnum. Visibiliter lucrũ: inuisibiliter dãnũ. Lucrum sua cecitate: dãnum de domini nube. Ergo qui suo malo desiderio forinsecus furant: iusto dei iudicio intrinsecus

Exo.xx. grandinātur. Octauum preceptum. Falsum testimoniū non
Exo.x. dices. Octaua plaga locusta animal dēte nocium. Quid enī
vult falsus testis nisi mordēdo nocere: et consumere mentiē-
do? Et ideo nos admonet apostol⁹: ne nos falsis criminib⁹
Gal.v. appetamus. Si inquit mordetis et comeditis inuicem: vide
F te ne ab inuicē consumamini. Nonū preceptum. Non cōcu-
Exo.xx. pisces proximi tui. Nona plaga densē tenebre. Si enī
Exo.x. peccatum est proximam excepto causa filiorū agnosce-
re/putas quale peccatū est alienā appetere? Vere densē sunt
tenebre. Nihil enīz sic dolet in corde patientis: quomodo si
proximi illi⁹ appetatur. Et qui hoc facit alteri: nihil tale voluis-
set pati. Alia mala solēt homines patiēter excipere. Hoc au-
tem nescio vtrum inueniri poterit qui patiēter ferat. O qz dē
sas tenebras patiuntur: qui talia faciūt et talia concupiscūt.
Vere excitātur furore horribili. Furor enim indomitus est
Exo.xx. proximā alienā commaculare velle atq; polluere. Decimū pre
ceptum. Non concupisces vllam rem proximi tui: nō pecus/
non ouem/non bouem/non aliquid omnino. Huic mandato
Exo.xiij. plaga decima cōtraria est: mors primogenitorū. Primoge-
nita cordis nostri fides est. Nemo enim bene operatur nisi fi
Heb.xj. des precesserit: sicut dicit apostolus. Sine fide impossibile est
placere deo. Omnia opa tua bona filij tui sunt spiritales: sed
inter istos tibi primogenita ē fides. Quisquis rem alienā oc
culte concupiscit: internā fidem perdit. Erit enī primum si-
ne dubio simulator obsequens nō charitate sed fraude: velu-
ti amans eum a quo se cupit fieri heredē. Amare se dicit eum
quē mori desiderat: et vt in re eius se videat possessorē: optat
G vt proprium non relinquat heredē. Hec fratres comparatio
et quodāmodo contrarietas decem preceptor: et decem pla
garū cautos nos faciat: vt habeam⁹ securi res nostras in pre
ceptis dei. Res inq̄ nostras iteriores in archa cōscientie no
stre repositas. Ipsi sunt thesauri nostri q̄s nobis nec fur nec
Mat.vj. latro nec vicinus malus poterit aliquādo auferre: vbi nec ti-
nea nec rubigo est metuenda. Iste sunt enim vere diuitie: id
bona conscientia/iusticia/misericordia/castitas/sobrietas.
Qui talibus rebus plenus est: diues erit etiam si de naufra-
gio nudus exierit. Si diligēter hec attenditis: et q̄ mala sunt
fugere: et que bona sunt voluerit is auxiliāte domino exerce-
re: erit⁹ populus dei: et de iniqua egyptior⁹ seruitute: id est
spiritalium nequitiarū persecutione liberati: ad terrā repro-
missionis poteritis feliciter peruenire: prestante dño nostro
iesu christo: cui est gloria et imperiū cum patre et spiritu san
cto in secula seculorum. Amen.

¶ Item eodem die sermo de iudicibus/qui ha-
betur iter sermones ad fratres in heremo. xxxv.
folio. xvj. col. j.

¶ Item eodē die Homelie de eo qō scriptum est
Joh.viij. in euāgelio sm Johannē. Perrexit iesus in mōtem olueti ꝛc. que habent in expositione doctо-
ris. Trac. xxxiij. fo. clxxx. col. iiij. Et inter ser-
mones de Verbis domini. xlvij. fo. lxij. col. j.

¶ Dominica quarta in quadragesima De decē
chordis: et decē preceptis. Sermo. j. In quo ex-
ponit illud dauiticū misericors et miserator do-
minus longanimis et cetera.

Sermo. xcvj. A Ca. j. Ps. cij. Dominus et deus noster misericors et miserator: lōganimis et multuz misericors et verax: qz largiter prerogat misericordiā in presenti seculo: tam seue-re minatur iudiciū in futuro seculo. Verba que di xi scripta sunt: et diuinis auctoritatibus cōtinētur: q⁹ miseri-cors et miserator dominus/lōganimis et multū misericors et verax. Multū delectat omnes peccatores et amatores bu-
De verbis dñi. Ser. xlvij. ius seculi: q⁹ misericors et miserator dom⁹: q⁹ longanimis et multū misericors. Sed si amas tā multa initia: time ibi et vltimū quod ait. Et verax. Si enim nihil aliud diceret nisi Misericors et miserator dñs: longanimis et multum miseri cors: quasi iam cōuerteres te ad securitatē et impunitatē et ad licentiā peccatorū: faceres qō velles: vtereris seculo: vel quantū tibi permitteret vel quantū tibi libido iussisset. Et si quis te bñ admonēdo obiurgaret atq; terreret vt cohiberes te ab immoderato fluxu eundo post cōcupiscentias tuas: et deserendo deū tuum: inter medias voces obiurgātis obsiste res impudēti quidez fronte: veluti audita diuina auctorita-te legeres de libro dñico. Quid me terres de deo nro? Ille misericors ē et miserator: et multū misericors. Me talia ho-mines dicerēt: vnū verbum addidit in fine: qō ait. Et verax: et excussit leticiā male presumentiū: et induxit timorem do-lentium. Gaudeam⁹ ad misericordiā domini: sed timeamus iudicium dñi. Parcit: sed non tacet. Tacet: sed non semp ta-cebit. Audi dum non tacet in verbo: ne non tibi vacet audire dum non tacebit in iudicio. Modo enī licet tibi causam tuā componere. Antevltimū iudicium dei tui compone causam tuam. Non est vñ presumas cuz ille venerit/nec falsos testes adduces quib⁹ ille fallatur/nec patronū fraudulentis circū-uentionib⁹ et linguosis artibus adhibebis: nec ambies ali-quo modo vt iudicē possis corrumpere. Quid ergo ages con tra talez iudicem: quē nec fallere nec corrūpere poteris? Et tamē est qō agas. Tunc enī ipse erit iudex cause tue: qui mo-do est testis vite tue. Clamauimus et laudauimus: cōpona-mus causam nostrā. Qui testis est operuz nostrorum: ipse te-stis est vocum istarū. Non sint inanes: conuertātur ad gemi-tum. Tempus est concordandi cū aduersario tuo cito. Tam longanimis est deus vt dendo vniqua et nō puniēdo: vt tamē cito sit futurum iudiciū. Vere quippe humane vite prolixū est: qō deo breue est. Sed et ipsi seculo et humano generi qō longe videtur quid consolatur? Nunqd si totius generis hu-mani vltimus dies longe est: vniuscuiusq; dies vltimus lon-ge est? Hoc dico. Ex adam multi anni euoluti sunt/multi an ni fluxerūt et deinceps fluent: non quidē tam multi: sed tamē vsq; in finē seculi transibunt anni/sicut et illi transierūt. Lō-gum videtur qō restat: q̄q̄ non erit tantuz quantū transactū est: et tamen ex transacto preterito tempore/sperandus est fi-nis reliqui temporis. Fuit tunc quidem dies qui diceret ho diernus: ex illo vsq; ad hunc hodiernuz. Nonne quicqd fuit futurum preteritū factum est? Tale habetur ac si non fuerit. Sic erit quicquid restat extremum. Sed sit et hoc longū: sit prolixū quantū putaueris quantū dixeris: quantū cogitaue ris: quantū tibi nō formatscriptura sed fingit cogitatio: quā tum vis diem iudicij prolonga/nunquid vltimuz diem tuū: id est vite tue quo exiturus es de hoc corpe productur⁹ es in longum? Sit tibi senectus certa si potest. Cui autē potest? Nonne ex quo homo incipit viuere iam potest et mori? Pos sibilitatem mortis initiū vite facit. Jn hac terra et in genere humano ille solus mori nondū potest/qui nondum cepit vi-uere. Jncertus ergo dies tanq̄ quotidianus sperandus est. Si autez tanq̄ quotidianus est incertus dies/componatur cum aduersario dum est tecum in via. Via enīz vocatur hec vita: per quā omnes transeūt: et non recedit iste aduersarius. Quis est autē iste aduersari⁹? Aduersari⁹ iste non est diabo-lus. Nam nunq̄ te hortaretur scriptura vt cum diabolo con-cordares. Est alius ergo aduersarius quem sibi homo facit aduersarium. Nam ille si aduersarius esset: tecum in via nō esset. Ad hoc enim tecum est in via: vt concordet tecum. Scit enim quia nisi in via secum concordaueris/iam tradet te iu-dici: iudex autē ministro: minister in carcerem. Eloquia ista euāgelica sunt. Recordantur nobiscum/vel qui legerūt/vel qui audierunt. Ergo quis est aduersari⁹? Sermo dei aduer sarius tuus est. Quare aduersarius tuus est? Quia cōtraria iubet que tu facis. Dicit tibi. Vnus est deus tuus: vnuz deū cole. Tu vis dimisso vno deo tuo tanq̄ legitimo viro anime: fornicari per multa demonia. Et quod est grauius/non qua si aperte deserens et repudians sicut apostate faciūt: sed tan q̄ manens in domo viri tui admittis adulteros: id est tanq̄ christian⁹ non dimittis ecclesiā: cōsulis mathematicos: aut aruspices/aut augures/aut maleficos/q̄si de viri domo non recedēs adultera anima: et manēs in ei⁹ coniugio fornicaris. Dicitur tibi. Me accipias in vanū nomen dei tui. Me existi-mes creaturaz esse christum: quia pro te suscepit creaturam: et tu contēnis eum qui est equalis patri: et vnus cum patre. Dicitur tibi vt spiritaliter obserues sabbatum/non quomo-do iudei obseruant sabbatum carnali ocio. Vacare enim vo lunt ad nugas atq; luxurias suas. Melius enī faceret iude⁹ in agro suo aliquid vtile q̄q̄ in theatro seditiosus existeret. Et melius femine eoruz die sabbati lanā facerent q̄q̄ tota die in neomenijs suis ipudice saltarēt. Tibi aūt dicit vt obserues

Jn li. I. ho-mel. ij. a

B Ca. ij.

Jn li. I. ho-mel. xxviij c.

C Ca. iij.

Exo.xx.

vbi ꝛ.

Annotatō nūeralis ordinis sermonuz hui⁹ opis.

Quisquis autem propter illam quietem futuram agit quicquid potest: cuius laboriosuz videatur quod agit: tamē si ad fidem promisse quietis id referat / nondum quidem sabbatū habet in re: sed habet in spe. Tu autem ad hoc vis requiescere vt labores: cum ad hoc debeas laborare vt requiescas. Di

Exo.xx. citur tibi. Honora patrem tuum t matrē tuam. Contumeliā irrogas parētibus: quā non vis pati a filijs tuis. Dicit tibi. Non occides / tu autem occidere vis inimicū tuum. Et ideo forte non facis: quia times iudicem hominem / non quia cogitas deum. Ignoras quia ille testis est cogitationuz? Illo

xxxij.q.vj Non mechaberis: ad est nō ibis ad aliquā aliam preter vxorem tuam / tu autem exigis hoc ab vxore et non vis reddere

no mechaberis. hoc vxori. Et cum debeas in virtute precedere vxorem: qñ castitas virtus est: tu sub vno impetu libidinis cadis: et vis vxorem tuam victricem esse: tu victus tacens. Et cum tu caput sis vxoris tue: precedit te ad deum: cuius caput es. Vis domum tuam capite deorsum pendere? Caput enim mulie-

Ephe.v. ris est vir. Vbi autē melius viuit mulier qꝫ vir: capite deorsum pēdet domus. Si caput est vir: melius debet viuere vir: et precedere in oibus bonis factis vxorem suam: vt illa imitetur virum t sequatur caput suum. Quomodo caput ecclesie christus est: et hoc ubetur ecclesie vt sequatur caput suum: t vt per vestigia ambulet capitis sui: sic vnuscuiusqꝫ domus habet caput virum: et tanqꝫ corpus feminam. Quo caput duc it: illuc debet seq̄ corpus. Quare ergo vult caput ire: quo nō vult vt corpus sequatur? Quare vult ire vir quo non vult vt

D sequatur vxor? Hec iubendo sermo dei aduersarius est. Ho-

La.iiij. lunt enim homines facere qō vult sermo dei. Vt quid dicam: quia aduersarius est sermo dei quoniā iubet? Timeo ne ego ipse aduersarius sim quibusdam: quia hec loquor. Sed quid ad me pertinet? Fortem me faciat qui terret vt loquar: vt nō timeam querelas hominum. Nam qui nolunt castitatem seruare vxoribus suis et abundant: tales nolunt me ista dicere. Sed velint nolint dicturus sum. Si enim vos non exhortor vt dum aduersario concordetis: ego cū illo in lite remanebo. Qui vobis iubet vt faciatis: ipse nobis iubet vt loquamur. Si non faciendo quod iubet vt faciatis: aduersarij ei⁹ estis: non dicendo qō iubet vt dicamus: aduersarij eius remanebi-

E mus. Nunquid in ceteris que supra dixi multis immoratus

La.v. sum? Hoc enim presumimus de charitate vestra: quia vnum deum colitis / hoc presumim⁹ de fide catholica que in vobis est: quia filium dei equalem patri creditis: nec in vanum accipitis nomē domini dei vestri: vt putetis creaturam esse fi-

Rom.viij lium dei: quoniam omnis creatura vanitati subiecta est: sed creditis eum equalez patri esse: deum de deo: verbum apud

Joh.j. deum: verbum deum per quod facta sunt omnia: lumē de lumine coeternuz illi qui genuit: vnum cum illo qui genuit. Et hoc verbum creditis assumpsisse creaturam de virgine maria: assumpsisse mortalitatem: t passum fuisse pro nobis. Ea legimus t credimus vt saluemur / nec in eo immoratus sum: vt quicqd facitis pro spe futura faciatis. Noui enim omniū christianorum mentes de futuro seculo cogitare. Qui enī de futuro seculo nō cogitat / nec propterea christianus est: vt id quod in fine deus promittit accipiat / nondum christian⁹ est.

Exo.xx. Hec in eo immoratus sum: vbi dicit sermo dei. Honora patrem tuum et matrem tuam. Multi enim honorant parētes: et raro inuenimus parentes conquerētes de improbitate filiozum: cuius non desint. Sed tamen cū raro fit: tam breuiter monendum fuit. Hec in eo vbi dictum est: Non occides: immorari volui. Non enim credo bicturbam esse homicidarū.

F Illud vero malum late serpens plus occupauit: t in eo vehe-

La.vj. mentius irritatur aduersarius ille: qui ideo clamat vt sit aliquando amicus. Querele quotidiane sunt quāꝫ ipse femine nec iā audent conqueri de viris suis. Ira inuadēs omnia cō suetudo pro lege obseruatur vt iam et mulieribus forte persuasum sit licere hoc viris / nō licere mulieribus. Solent enī audire adductas eē mulieres ad forum que forte cum seruis inuente sunt: adductum virum ad forum qui inuentus est cū ancilla sua nunc audierūt: cum sit par peccatum. In peccato pari innocentiorem facit videri virū: non diuina veritas: sed humana peruersitas. Et si forte hodie acriorē quisqꝫ passus fuerit vxorem suam / et liberius murmurantem / cui iam videbatur quia licebat viro: et audiuit in ecclesia: quia non licet viro. Si ergo passus fuerit vxorem suam liberi⁹ iam vt dixi murmurantem et dicentem sibi / non licet quod facis: si mul audiuimus: christiani sumus: qō a me exigis: redde mihi. Fidem tibi debeo: fidez mihi debes / fidem christo ambo debemus. Et si me fallis: eū non fallis cuius sumus / non fallis eum qui nos emit. Hec atqꝫ huiusmodi audiens ille que non solet: dum non vult in se fieri san⁹: in me fit insanus. Irascitur: maledicit. Forte assis etiaz dicat. Quomodo factum est vt huc ille veniret: aut vxor mea ipso die in ecclesiam procederet. Et hoc credo q̄ in cogitatione sua dicat. Nam libere erumpere in vocem non audet / nec ante solam vxorem suaz. Fortassis enim si sic eruperit et hoc dixerit: potest illa respōdere et dicere. Quare maledic[s]: cui pauloante acclamabas? Certe coniuges sumus: cū lingua tua discordas mecum cōcorditer quomodo viuere poteris? Nos fratres pericula vestra inuemur / non voluntates vestras attendimus. Nam et medicus si voluntatem egri attendat: nunqꝫ illum curat. Qō non est faciendum / non fiat: qō prohibet deus non fiat. Qui deo credit ab ipso audit qō dicimus. Certe melius erat quibusdam nolentibus corrigi vt vel huc non veniremus: si ista dicturi eramus: vel quia iam venimus non ea diceremus.

G Nudius tertiano die memini me dixisse sanctitati vestre qz

La.vij. si citharedi essemus: aut huiusmodi aliquid populariter exhibentes pro studijs nugacitatis vestre: que iam quesumus vt relinquatis / tenuisse⁊is nos vt darem⁹ vobis diem t quisquis pro modulo suo conferret nobis mercedem. Quare amb ularemus delectati vanis canticis: nulli rei profuturis ad tempus dulcib⁹: in posterum amaris? Talibus etenim turpitudinibus cantionum animi humani illecti eneruantur et decidunt a virtute: defluentes in turpitudinē: et propter ipsas turpitudines postea sentiunt dolores: et cū magna amaritudine digerunt qō cum dulcedine tēporali biberunt. Melius ergo nos amara vobis cantam⁹ ad tempus: que postea dulcescant in vobis. Nec mercedem aliquam exigimus nisi vt faciatis que dicimus. Immo nō faciatis si dicimus nos. Si autem omnibus ille dicit qui neminem timet: et per quē fit in nomine ipsius et in gloria misericordie ipsius: vt t nos neminem timeamus: omnes audiuimus / omnes faciamus / omnes cum nostro aduersario concordemus. Putate me citharedū esse: quid vobis possum amplius canere? Ecce psalterium fero: decem chordas habet: hoc vos pauloante cātastis anteqꝫ inciperem loqui: chorus meus vos fuistis. Non-

Pſ.xxxij ne vos pauloante cantastis. Deus canticum nouum cātabo tibi: in psalterio decem chordarum psallam tibi? Ipsas autē decem chordas modo percutio. Quare amara est vox psalterij dei. Psallam tibi in psalterio decem chordarum? Nō vo-

H bis hoc canto quod vos non faciatis. Decalogus enim legis

La.viij. decem precepta habet / que decē precepta sunt sic distributa vt tria pertineant ad deum: septem pertineant ad homines. Tria ad deum que iam dixi. Vnus est deus noster: ei nullaz similitudinem debemus facere: t non fornicari post deū qui vnus est: qui deus et christus filius dei vnum est cum patre. Et ideo non debet a nobis accipi in vanū vt putemus eū factum: id est creaturaz aliquam: cum per ipsum facta sint omnia. Quia vero ipse vnus deus pater et filius et spiritus sanctus: in spiritu sancto hoc est in dono dei: requies nobis sempiterna promittitur. Inde modo pignus accepim⁹. Sic enī

ij.Cor.j. dicit apostolus. Qui dedit nobis pignus spiritus. Si pign⁹ accipimus vt incipiamus in domino et in deo nostro esse trā

et.v. quilli vt simus in deo nostro mites: simus in deo patientes: erimus etiam in illo vnde pignus accipimus in eternū quieti: quod erit sabbatum sabbatorū: propter ipsam requiē pertinentem ad donum spiritus sancti. Tertium itaqꝫ preceptū

Exo.xx. de sabbato qō dixim⁹: quod carnaliter iudei celebrant: nos spiritaliter agnoscamus. Nam quia spirit⁹ sanctus septiformis dicit: propterea septimū diem sanctificauit deus: quando fecit omnia opera sua: sicut in Genesi scriptum legimus.

Geñ.ij. Non ibi habes nominatam sanctificationez nisi illo die vbi dicitur. Deus requieuit ab omnib⁹ operibus suis. Non enim fatigatus erat deus vt diceret. Requieuit deus ab operib⁹

Geñ.j. suis: sed in illo verbo tibi laborāti requiem promisit. Et quia fecit oīa bona valde: et sic dicit. Requieuit deus: intelligas etiam te post bona opera requieturū et sine fine requieturū.

Am omnia superiora que dicta sunt: id est dies superiores habent vesperā: septimus iste dies non habet vesperam: vbi deus sanctificauit requiē. Tantum dictū est. Factum est mane: vt inciperet ipse dies. Non dictū est. Factum est vespere: vt finiretur dies: sed dictū est. Factus est mane vt fieret dies sine fine. Sic incipit ergo requies nostra quasi mane: sed nō finitur: quia in eternum viuemus. Ad hanc spem quicquid facimus: si facim⁹: sabbatus obseruam⁹. Ipsa est tertia chorda huius decalogi: id est psalterij decachordi. In tribus enī chordis ad deū pertinent p̄cepta. Si diceretur nobis. Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aīa tua: et ex tota mente tua: ⁊ de p̄ximo nostro nihil diceretur: nō esset decachordum: sed trichordum. Quia vero addidit dominus. Et diliges p̄ximū tuum tanq̄ teipsum: et cōtexuit dicens. In his duobus mandatis tota lex pendet ⁊ prophete. Tota lex in duobus p̄ceptis est: dilectione dei: ⁊ dilectione p̄ximi. Ad duo itaq̄ p̄cepta: id est ad dilectionē dei et p̄ximi pertinet decalogus. Ad p̄imum p̄ceptum tres chordē pertinent: quia deus trinitas / ad alterum vero p̄ceptum: id est ad dilectionē p̄ximi septē chordē: quomodo viuatur inter homines. Nā ipse numerus septenarius tanq̄ septem chordarum incipit ab honore parentum. Honora patrem tuum et matrē tuam. Ad parētes enim suos homo aperit oculos: ⁊ hec vita ab eorum amicitia sumit exordiū. Quisquis autem suis parentibus non defert honorē: quibus parcere poterit? Et dicit apostolus. Honora patrem tuum ⁊ matrem tuam: qō est p̄imū mandatum. Quomodo p̄imū quādo quartum mandatū est: nisi quia in septenario numero est p̄imum? Ad dilectionem p̄ximi p̄imū est in secūda tabula. Nam ideo due tabule legis date sunt. Deus enim famulo suo. Moysi in monte duas tabulas dedit. In quibus duab⁹ tabulis lapideis conscripta erant decem p̄cepta legis: qō est psalterium decem chordarū. Tria in vna tabula ad deum pertinētia: septem in altera tabula ad p̄ximū. In altera ergo tabula p̄imum est. Honora patrem tuum et matrē tuam. Secundū. Non mechaberis. Tertiū. Non occides. Quartum. Non furaberis. Quintū. Non falsum testimonium dices. Sextum. Non concupisces vxorem p̄ximi tui. Septimum. Non concupisces rem p̄ximi tui. Hec iungamus illis tribus ad dilectionem dei pertinētibus / si in psalterio decem chordarum volumus cantare canticū nouum. Attendat enim charitas vestra vt dicam vel qō deus suggesserit. Accepit legem populus iudeorum. Istam in decalogo non obseruauit. Et quicunq̄ obtēperabāt: timore obtemperabāt pene / non amore iusticie / portabant psalteriū: non cantabant. Cantanti enim voluptas: timenti onus est. Ideo vetus homo aut non facit / aut timore facit / non amore sanctitatis / nō delectatione castitatis / temperantie: charitatis: sed timore. Vetus enim homo est: et vetus homo vetus canticum cantare potest: non nouum. Vt autem cantet canticū nouum: fit nouus homo. Quomodo autē possit esse nouus homo: audi nō me sed apostolum dicentem. Exuite vos veterem hominē: et induite nouum. Et ne quis putaret / cum dixit. Exuite vos veterem hominem: et induite nouum: aliquid deponendum esse et aliquid accipiendum: cum de mutando p̄ciperet homine: subiecit et ait. Quapropter deponentes mendaciū loquimini veritatem. Hoc est qō ait. Exuite veterem hominē et induite nouum / hoc dixit: mutate mores. Seculū diligebatis: deum diligite. Iugatoria iniquitatis: temporales voluptates diligebatis: p̄ximū diligite. Si dilectione facit⁹: nouum canticum cantatis. Si timore facitis: facitis tamen: portatis quidem psalterium: sed nondum cantatis. Si autez nec facitis: p̄oiicitis ipsum psalterium. Melius est tamen portare q̄ p̄oicere. Sed rursus melius est cū voluptate cātare q̄ cum onere portare. Nec peruenit ad canticum nouū: nisi iam cum voluptate cantans. Nam qui portat cum timore / adhuc in vetustate est. Et quid est fratres qō dico? attendite. Non concordauit cū aduersario suo: qui cum timore ad hucfacit. Timet enī ne veniat deus et dānet illum. Nam nōdum delectat castitas / nōdum illum delectat iusticia: sed iudicium dei formidās a factis temperat. Nondū concupiscētiam ipsam dānat que seuit in eo. Nonduz illum delectat qō bonum est: nondum ibi habet suauitatem vt cantet canticum nouum: sed de vetustate penas timet. Nondum concordauit cum aduersario. Tales enim homines plerunq̄ supplantantur tali cogitatione: vt dicant sibi. Si fieri posset / non nobis miseretur deus. Non talia per prophetas suos diceret q̄ homines deterrent: sed veniret et daret omnibus indulgentiā: ignosceret omnibus / postea veniret neminez mitteret in gehennam. Iam quia iniquus est: iniquū vult esse deum. Vult te deus facere similem sui: et tu conaris deum facere similez tui. Placeat tibi ergo deus qualis est: non qualem illum esse vis. Peruersus enim es: ⁊ talem vis esse deum qualis es: nō qualis est. Si autem placeat tibi qualis est / corrigeris: et diriges in eam regulam cor tuuz a qua nunc alienus distortus es. Placeat ergo tibi de⁹ qualis est: non qualē illum esse vis. Ama qualis est. Non te ipse amat qualis es: sed odit te qualis es. Ideo tui miseretur: quia odit te qualis es: vt faciat te qualis nondū es. Faciat te diri qualis nondum es. Nam illud tibi non p̄mittit: quia faciet te qualis es. Nam eris qualis est: sed qūēdam modum: id est imitator dei velut imago: sed non qualis imago est filius. Nam etiam imagines in hominibus diuerse sunt. Filius hominis habet imaginē patris sui: et hoc est qō pater ei⁹: quia homo est sicut pater ei⁹. In speculo autem imago tua non hoc est qō tu. Aliter enim est imago tua in filio: aliter in speculo In filio est imago tua f̄m equalitatē substantie: in speculo autem q̄ longe est a substantia: et tamen est quedam imago tua: q̄uis non talis qualis in filio tuo f̄m substantiā. Sic in creatura non hoc est imago dei quod est in filio: qui hoc est qō pater: id est de⁹ verbuz dei per quod facta sunt oīa. Recipe ergo similitudinem dei quā per mala facta amisisti. Sicut enim imago in nūmo imperatoris aliter est: et aliter i filio. Nam imago et imago est: sed aliter impressa est in nūmo: aliter habetur in filio / aliter in solido aureo imago imperatoris. Sic et tu nūm⁹ dei es ex hoc melior: quia cum intellectu et cum quadam vita nummus dei es: vt scias etiam cuius imaginem geras: ⁊ ad cui⁹ imaginem factus sis. Nam nummus nescit se habere imaginem imperatoris. Ergo vt dicere ceperam odit te deus qualis es: sed amat te talem qualē te esse vult: et ideo ille te vt mutetis hortatur. Concorda cum illo: et incipe primo bene velle: et odisse te qualis es / hoc sit tibi initiū concordie cum sermone dei: vt incipias primo tu odisse te q̄lis es. Cum ceperis et tu odisse te talem qualis es / sicut te talem odit deus: incipis iam ipsum diligere deum qualis est. Egrum attendite. Eger egrotantem se odit qualis est. Inde incipit concordare cum medico: quia et medicus odit eū qualis est. Nā ideo vult sanum esse: quia odit eum febrientem: et est medicus febris persecutor: vt sit hominis liberator. Sic auaricia: sic libido / sic odium / concupiscentia / luxuria / sic nugacitas spectaculorum febres sunt anime tue / debes illas odisse cū medico tuo: ita cōcordas cum medico: niteris cum medico: ⁊ libenter audis quod iubet medicus: libēter facis qō iubet medicus: et proficiente iam sanitate: incipiunt etiam iam delectare p̄cepta. Q̄ onerosus est cibus egris quando reficiūtur: ⁊ peiorem horam reputant egri refectionis sue q̄ sue accessionis: ⁊ tamen cogunt se concordantes cum medico: ⁊ q̄uis inuiti et obluctantes vincunt se vt aliq̄d accipiant. Quāta auiditate sani maiora p̄cepturi sūt: vnde egri minora vix accipiunt. Sed vñ hoc factuz est? Quia oderant febrem suā: et cum medico concordauerunt: et simul persequebantur febrem medicus et egrot⁹. Cum ergo et nos talia dicimus: nō odimus nisi febres vestras: immo in nobis ipsis sermo dei febres nostras odit: cū quo concordare debetis. Nam nos qd sumus nisi liberandi vobiscum / sanandi vobiscum? Modo non me intuamini: sed sermonē dei. Nolite irasci medicamēto vestro: non inueni enim aliud qua trāsirem. Veni ergo ad quintam chordam homo. Qui tango psalteriū decem chordarum / nūquid p̄termissurus eram quintam? Immo assidue percussurus. In illa enim video iacere pene totum gen⁹ humanum: in illa video plus laborare. Ipsam percutiendo quid dico? Nolite mechari post vxores vestras: quia nō vultis vt mechentur post vos vxores vestre. Nolite ire vos: quo eas sequi nō vultis. Sine causa vos excusare conamini quādo dicitis. Nunquid eo ad vxorem alienam? ad ancillā meā eo. Vis vt dicat vxor tua tibi. Nunquid eo ad virum alienū? ad seruū meū eo. Dicis: non est vxor aliena ad quā vado. Nū quid vis dicatur tibi / non est vir alienus ad quem vado? Ab-

Ia.ix. Mat.xxiij. Exo.xx. Epbe. vj. Exo.xx. Ia.x. Ephe.iiij Ia.xj. Joh.j. Ia.xij. Ia.xiij. Exo.xx.

Annotatō nūeralis ordinis sermonuz huiꝰ opis.

sit vt dicat hoc illa. Meliꝰ enī dolet te q̄ imitek te. Illa enim casta et sancta femina ꝛ vere christiana que dolet fornicātem virum: et non dolet propter carnem sed propter charitatem. Non ideo vult vt non facias: qz et ipsa nō facit: sed quia tibi non expedit. Nam si propter ea nō facit vt tu non facias: si feceris faciet. Si autē deo illud debeat / si christo illud debeat quod tu exigis: et ideo reddet qz iubet iste: et si fornicak vir: castitatē femina illa deo exhibet. Christus enī loquik in cordibus bonarū feminarum: loquik intus vbi non audit vir: qz nec dignus est si talis est. Loquik ergo ille interius ꝛ dicit: et filiam suā consolatur huiusmodi verbis. De iniurijs viri tui torqueris: qō tibi enī fecit dole: sed ipsum noli imitari vt male facias: sed ipse te imitek in bono. Nā in eo q̄ male facit noli eum putare caput tuū: sed time me deū tuum. Nā si ꝛ in eo q̄ male facit caput est: et secuturū est corpus caput suū: eunt ambo per p̄ceps. Et autē non sequak malum caput suum: teneat se ad caput ecclesie christū: huic debens castitatē suam: huic deferēs honorē suum. Absens sit vir: p̄sens sit vir: nō

Mat.v. peccat illa: qz nunq̄ est absens cui debet vt nō peccet. Hec ergo fratres mei facite: vt possitis concordare cuz aduersario. Hec amara sūt que dico: aut si amara sunt curāt. Potio ista si amara est accipiak: quia in periculo sunt viscera: amara bibatur. Melius ē modica amaritudo ifaucibꝰ: q̄ eternū torO mentū in viscerib⁹. Mutate ergo vos. Quicūq̄ non facieba-

Ca.xiij. tis hoc bonū castitatis: iā facite. Molite dicere / nō pōt fieri. Fedum est O fratres mei: turpe est: vt vir dicat nō posse fieri qō facit femina. Scelus est vt vir dicat nō possum. Qō pōt

Gen.iij. femina: vir nō potest? Quid enī? Illa carnē non portat? Prior a serpēte decepta est. Caste vxores vestre ostēdunt vobis fieri posse qō non vultis facere: et dicitis fieri nō posse. Sed forte dicis ideo illā facilꝰ facere posse: qz multa illi custodia est: legis p̄ceptū / diligētia maritalis / terror etiā legum publicaz. Est etiā verecundie ꝛ pudoris illius magnū munimentum. Multe custodie faciūt feminā castiorez: virum ca-

De verbis dñi. Ser. xlvj.b. stum faciat ipsa virilitas. Nam ideo mulieri maior custodia quia maior infirmitas. Illa erubescit viro: tu non erubescis christo. Tu liberior qz fortior: quia facile vincis: iō tibi commissus es. Super illā et diligentia viri: ꝛ terror legum: ꝛ consuetudo morū: et verecundia maior ꝛ reliqua: super te tantuz deus. Inuenis enī facile pares viros quibꝰ non timeas erubescere: qz facūt id multi. Et tanta est puersitas generis humani: vt aliquādo metuendū sit ne castus erubescat iter impudicos. Ideo non cesso tāgere istam quintā chordā ꝓpter ipsam peruersam consuetudinē et labem totius vt diri generis humani. Si quis iter vos faciat homicidiuz (qō auertat deus) pellere eū vultis de patria / et cōtinuo si fieri potest excludere. Si quis faciat furtū: odistis illum / nec videre vultſ. Si quis dicat falsum testimoniuz / abominamini / nec vobis homo videk. Si quis concupiscat alienas res: raptor ꝛ iniustus deputak. Si quis volutak cum ancillis suis: amak: blande accipitur: conuertunk vulnera in ioca. Si quis autem existat qui dicat se castū / non facere adulteriū / notum autem sit q̄ non faciat: erubescit accedere ad illos nō sui simules: ne insultent / ne irrideant / ne dicāt non esse virū. Ad hoc delapsa ē humana peruersitas vt vir habeak a libidine victus: ꝛ vir nō habeatur victor libidinis. Triūphantes exultant ꝛ non sunt viri / iacent prostrati ꝛ viri sunt? Si spectabas in amphitheatro sic expectabas vt ille tibi videret fortior qui iaceret sub bestia q̄ qui perimeret bestiā. Sed qz dissimulatis a pugna interiore ꝛ delectāt vos pugne exteriores: iō non vultis per-

Ps. cxliij P tinere ad canticū nouū: vbi dicitur. Qui docet manus meas ad prelium / et digitos meos ad bellū. Est enī bellum qō se-

Ca.xv. cum agit homo dimicās contra cupiscētias malas: frenās auariciam: elidēs superbiam / suffocans ambitionem / trucidans libidinem. Has pugnas facis in occulto: ꝛ non vincerſ in aperto. Ad hoc docentur manus vestre ad prelium: et digiti vestri ad bellū. Nō est hoc in spectaculis vestris. In illis spectaculis non idem est venator qō citharista: aliud agit venator / aliud citharista. In spectaculo dei vnum est. Tange easdem decez chordas ꝛ feras occides / vtrūq̄ simul facis. Tāgis primam chordā qua colitur vnus deꝰ: cecidit bestia superstitionis. Tāgis secōam qua nō accipis nomē domini dei tui in vanū: cecidit bestia errozis nefandarū heresum que id pauerunt. Tangis tertiaz chordā vbi pro spe future quietis facis q̄ quid facis: interficik crudeliorez ceteris bestijs amor seculi huiꝰ. Propter enim amorē seculi huius laborant homines in omnibꝰ negocijs. Tu autē in omnibus bonis operibus tuis labora / non propter amorē seculi huiꝰ: sed ꝓpter requē sempiternā quam promittit deus. Vide quō virunq̄ simul facis: et chordas tāgis ꝛ bestias occidis: id est ꝛ citharista es et venator. Non vos delectāt talia spectacula vbi nō promeremur oculos editoris sed oculos redēptoris. Honora patrem tuū et matrem tuā: tangis quartā chordam vt honorem parentibꝰ deferas: cecidit bestia impietatis. Nō mechaberis / tāgis quintā chordā: cecidit bestia libidinis. Nō occides: tangis sextam chordaz: cecidit bestia crudelitatis. Non furtum facies: tangis septimā chordam / cecidit bestia rapacitatis. Non falsum testimoniū dices: tangis octauam chordam / cecidit bestia falsitatis. Non cōcupisces vxorem proximi tui: tāgis nonam chordā: cecidit bestia adulterine cogitationis. Aliud enī est nō facere aliquid tale preter vxorem: aliud non appetere alienā vxorem. Ideo duo precepta sunt. Non mechaberis: et non cōcupisces vxorē proximi tui. Non concupisces rem proximi tui: tangis decimā chordaz: cecidit bestia cupiditatis. Ita cadentibꝰ omnibus bestijs: securus et innocēs in dei dilectione ꝛ humana societate versaris. Tangēs chordas decē quot bestias occidis? Nā multe bestie sunt sub istis capitibus. In singulis chordis nō singulas bestias: sed greges interficis bestiarū. Sic ergo canta cum nouum cū amore non cum timore cantabis. Noli dicere tibi quando forte aliquid luxurianter vis agere. Vxorez

O Ca.xvj. non habeo: facere possum qō volo / non enim post vxorē meā pecco. Jam nosti p̄ciū tuum: iam nosti quo accedas: quid manduces: quid bibas: immo quē māduces: quē bibas. Abstine te a fornicationibus. Me forte mihi dicas / ad fornicez vado: ad meretricem pergo: ad prostitutam eo: nec illud p̄ceptum violo quo dictum est. Non mechaberis: quia vxorē nondum habeo: nec post illam aliquid facio. Nec illud p̄ceptum violo quo dictum est. Non concupisces vxorem proximi tui: quia ad publicā vado: in qō p̄ceptum incurro? Nō inuenimus chordam quā tangamus / non inuenimꝰ chordā quo neruo ligemus fugitiuū istum? Non fugiet / habet vnde ligetur: sed amet et non erit ligamentū: sed ornamentū. Non enim ligamentum sed ornamentū in ipsis decem chordis inuenimus. Decem enim p̄cepta ad duo illa referūtur: sicuti audiuimus vt diligamus deū et proximū: et duo illa ad vnū illud. Unum est autē. Quod tibi fieri non vis alij ne feceris. Ibi continētur decem: ibi continentur duo. Sed dicis. Furtum si faciā id facio qō pati nolo. Si occidam id facio qō ab altero pati nolo. Si parētibus meis honorē non deferam qō volo vt deferatur mihi a filijs: id facio qō pati nolo. Si simmechus et aliquid tale moliar: id facio qō pati nolo. Nam si interrogek a me dico. Nolo vt vxor mea aliquid tale faciat. Si concupisco vxorez proximi mei: nolo quisq̄ concupiscat meam: id facio qō pati nolo. Cum vero ad meretricez eo: cui facio qō pati nolo? Respondek tibi: quod grauiꝰ est ipsi deo. Intelligat sanctitas vestra. Et enim qō fieri tibi nō vis: alij Mat.vij. ne fecerſ. Ad duo p̄cepta pertinet. Quō pertinet ad duo precepta: si homini non feceris qō pati non vis ab hoc? Ad proximi p̄ceptum pertinet: ad dilectionē proximi: ad septem chordas. Si autem qō non vis pati ab homine: ipsi deo vis facere? Quid est h̄ non facis alteri qō pati non vis? Charior factus est tibi homo q̄ deus? Ergo quomodo facio inq̄s ipsi deo? Corrumpis teipsum. Et vnde iniuriam facio deo: qz corrumpo meipsum? Unde tibi facit iniuriā qui voluerit forte lapidare tuā tabulam pictam: in qua tabula imago tua est in domo tua inaniter posita ad vanum honorē tuum: nec sentiens nec loquens nec videns? Si quis illaz lapidet: nonne in te facit contumeliā? Cum vero imaginem dei qō es tu corrūpis in te per fornicationes et per diffluentias libidinis: attēdis quia ad nullius vxorem accessisti: attēdis quia post vxorem tuam nihil feciſti: quia vxorem non habes: et non attendis per libidines illicitas fornicationis cuius imaginē violasti. Postremo deus qui scit quid tibi vtile sit: qui vere non sic suos seruos gubernat ad vtilitatez illorum / non ad suam. Non enī indiget seruis q̄ſi ad adutoriū: sed tu indiges dñi auxilio. Ipse ē dñs q̄ scit q̄d tibi sit vtile: vxorē cōcessit nihil amplius / hoc iussit: h̄ precepit: ne p illicitas voluptates cor-

ruat templū eius qđ esse cepisti. Mundđ hoc ego dico? Apo-
1. Cor.iij. stolum audite. Nescitis q templū dei estis: et spiritꝰ dei ha-
bitat in vobis? Si quis templū dei corruperit: corrūpet illū
deus. Videtis quō minatur. Non vis corrūpi domū tuam:
quare corrūpis domū dei? Certe nō facis alicui qđ pati non
vis. Non est ergo qua equadaf. Tenetur ille q̄ se teneri nō pu-
tabat. Omnia eñ peccata hominū aut ad corruptelā ptinent
flagitioꝝ/aut ad facinoꝛa nocēdi: q̄ deo nocer inō potest
in facinoꝛibꝰ: in flagitijs eū offendis: in corruptelis illuz of-
R fendis: in te illi facis iniuriā. Facis enī iniuriā gratie ipsi⁹:
Ca.xvij. domo ipsius. Seruū si haberes velles vt seruiret tibi seruus
tuus. Seruis tu meliori dño deo. Seruū tuū non tu fecisti: t
te et seruū tuum ille fecit. Dis vt tibi seruiat cū quo fact⁹es:
et non vis seruire ei a quo factus es? Ergo cū vis vt seruiat
tibi seruꝰ tuus homo: t tu non vis seruire dño deo: facis deo
pō. xxxij. qđ tu pati nō vis. Ergo illud vnū ꝓceptum cōtinet duo: il-
la duo ꝓtinent decē/illa decem cōtinēt omnia. Cantate ergo
in psalterio decē chordaꝝ canticum nouū. Et autē cantetis
canticū nouū: estote homines noui. Diligite iusticiaz: habet
pulchritudinez suam. Ideo nō vultis illā videre: quia aliud
amatis. Mā si aliud non amaretis: eā vtiq̄ videretis. Quare
illam videris quādo illam exigitis? Illā exigis q̄re laudas
fidē quādo illā exigis de seruo tuo? Dē pulchra res ē fides:
sed tunc pulchra est quādo de seruo exigit: tunc videtur quā-
do ab altero expenk: quādo dete exigitur nō videf. Aurū vi
des: fidē nō vides? Sicut lucet aurū ad oculos corporis: sic
lucet fides ad oculos cordis. Aperis ad illam oculos cordis:
quādo vis vt exhibeat illā tibi seruus tuus. Si tibi illā exhi-
buerit/laudas seruū tuū: et ꝓdicas eū t dicis. Ꝑclarum
seruū habeo: magnū seruum habeo: fidelē seruū habeo. Dō
laudas in seruo nō exhibes domino: et eo sceleratius: q̄ vis
vt meliorē tu habeas seruū q̄ te deus. Jubet deꝰ seruo tuo vt
bonus sit erga te: quomodo iubet vxori tue: vt t si tu mecha-
beris nō mechef? Si ciubet seruo tuo vt t si tu nō seruis deo:
seruiat tibi. Sed hoc totū vide: vt ad monitionē tuaz valeat:
non ad perniciē tuam. Et teni seruus ille q̄ tibi seruit indigno
digne: id est q̄ indigno tibi bñ seruit t fideliter seruit t pure te
diligit: deo debet nō tibi. Justum est ergo t tu attēdas: quia
sub domino es ad quē et ille attēdit vt seruiat tibi. Imple er-
go qđ dictum est. Dō tibi fieri nō vis: alij ne feceris. Sed ip-
sum alij cū dicis: vtrūq̄ attende et ꝓximū t deū. Canta in
Mat.v. psalterio decē chordarū: canta canticū nouum. Cōcorda cū
fermone dei cū est tecū in via: concorda cū aduersario tuo cito:
ne cum discordia venias ante iudicē. Si facis qđ audis: con
cordasti cū eo: si autem nō facis rixaris cū eo: t nondū com-
S posuisti quousq̄ facias. Et autē concordetis: abstinete vos
Ca.xviij. detestabilibꝰ corruptelis: et a detestabilibꝰ inquisitionib⁹
a mathematicis: ab aruspicibus: a sortilegijs: ab augurib⁹ a
sacrilegijs: abstinete vos quantū potestis a nugatoꝝijs spe-
ctaculis. Si que delectatiōes seculi surrepūt in anima: exer-
cete vos in misericordia: exercete vos in elemosynis: in ieiu
nijs: in orationib⁹. Dis enī purgank quotidiana peccata: que
nō possunt nisi surripere in aīam ꝓpter fragilitatē humanā.
Noli illa contēnere: quia minoꝛa sunt: sed time q̄ plura sunt.
Attēdite fratres mei minuta sunt: nō sunt magna. Mō est bē-
stia sicut leo: vt vno morsu guttur frangat: sed bestie plerūq̄
minute multe necāt. Si ꝓcijciak quisq̄ in loco pulicib⁹ ple-
num: nunqđ nō morītur ibi? Non sunt quidē bestie maiores:
sed infirma est natura humana q̄ etiaz a minutissimis bestijs
interimi potest. Sic t modica peccata attēditis: quia modi-
ca sunt/cauete q̄ plura sunt. Dē minutissima sunt grana are-
ne/si amplius in nauim mittant: mergūt illam vt pereat. Dē
minute sūt gutte pluuie: nōne flumina iplēt t dom⁹ deiciūt?
Ergo ista nolite contēnere. Sed dicturi estis. Et quis pōt si
ne istis? Me hoc diceres: q̄ habere nemo potest: deꝰ miseri-
cors videns nostram fragilitatē posuit contra remedia. Que
sunt remedia? Elemosynarū/ieiuniorꝝ t orationū. Ipsa sunt
tria. Et autē verū dicas in oratione: pfecte implēde sunt ele-
mosyne. Que sūt pfecte elemosyne? Vt ex eo qđ tibi abūdat
T des ei qui nō habet: t q̄ te ledit aliqs ignoscas illi. Sz ne pu-
Ca.xix. tetis fratres: q̄ faciendā sunt quotidie adulteria: t elemosy-
nis quotidianis mūdāda sunt. Ad illa scelera maioza nō suf-
ficiunt quotidiane elemosyne vt ea mundēt. Aliud ē vbi mu-
tes vitā: aliud est vbi toleres vitā. Illa mutanda est. Si me-
chus eras: noli esse mechus. Si fornicatoꝛ eras: noli fornica
ri. Si homicida: noli homicida esse. Si ibas ad mathemati-
cos et ad ceteras pestes sacrilegas: iam desine. Arbitraris
hec nisi fieri desināt: quotidianis elemosynis posse mūdari?
Illa dico quotidiana peccata: q̄ aut per linguā facile cōmit-
tuntur: vt est verbū durum: aut cū labif aliquis in risum imo
deratum/aut in huiusmodi nugas quotidianas. In ipsis cō
cessis peccata sunt. Cū ipsa vxore si excedif cōcumbēdi mo-
dus ꝓcreādis liberis debit⁹: iam peccatuz est. Ad hoc eñ
ducif vxoꝛ: nā id etiā tabule indicāt/vbi scribif liberoꝝ ꝓc-
creandoꝝ causa. Quādo tu vti vxore amplius q̄ necessitas
ꝓcreandoꝝ liberoꝝ cogit volueris: iā peccatū est. Et ipsa
talia peccata quotidiane elemosyne mundāt. In ipsis alimē
tis que vtiq̄ cōcessa sunt: si forte excedis modū et ampli⁹ ac-
cipis q̄ necesse ē: peccas Quotidiana sunt ista q̄ dico: sed ta-
men peccata sunt t nō leuia: q̄ plura. Quia vero quotidiana
et plurima: timēda est ruina multitudinis: t si nō magnitudi
nis. Talia peccata dimittim⁹ fratres q̄tidianis elemosynis
posse mūdari. Sed facite elemosynas et nolite cessare. Attē-
dite vitam vestrā quotidianā ipsis peccatis scaturientē: mi-
nutis ipsis dico. Et cū facis elemosynā non superbe facias: Ca.xx.
nec sic oꝛes quēadmoduz ille phariseus. Sed tamē quid ibi
dixit? Jeiuno bis in sabbato/decimas do omniuz quecunq̄ Lu.xviij.
possideo: t nondū fusus erat sanguis domini. Tantū ꝓ no-
bis ꝓciū accepimus: t saltem nec tantū erogamus quantū
phariseus. Et habes alio loco aperte dicentē dominū. Nisi Mat.v.
abūdauerit iusticia vestra plusq̄ scribarum t phariseoꝝ/nō
intrabitis in regnuz celoꝝ. Ergo illi dant decimas: tu si cen-
tesimā dederis aliquid magnuz te fecisse gloriaris. Attēdis
enī quid alius nō faciat/nō quid te iubeat facere deus. Me-
tiris te de cōparatione peioꝝ: nō de iussione meliorꝝ. Mō
quia ille mbil facit: ideo tu magnū aliquid facis: sed q̄ gau-
detur ad quedā minima opa vestra: q̄ tanta est sterilitas vē
a vt ad modica gaudeak. Quasi securi vobis blādimini de mi
nimis elemosynarū gramis: t aceruos obliuiscimini peccato
rum. Ꝓtoruisti forte nescio quid paruū: qđ alius aut nō ha-
buit/aut nō ꝓtulit cū haberet: Noli attendere post te quis
non faciat: sed qđ te iubeat deus facere. Postremo quare in
istis affectionibꝰ secularibus nō vobis sufficiunt quos ꝓces-
sistis: sed vultis esse diuites: equales ditioꝝ vobis? Non
attēditis q̄tos pauperiozes transcēditis? Vincere vultꝫ di-
tiozes. Sed in elemosynis habek modus. Dic dicit: iā quo-
usq̄ facio: t illic nō dicitur: quātis diuitibus ditioꝛ sum. Nō
attendūtur egestates innumerabiliū mendicoꝝum: nō respi-
ciuntur posteriozes multitudines paupeꝝ: sed paucitas ꝓ
cedentium diuitū ante oculos ponif. Cur in opere bono non
attendif ille. Zacheus: qui dimidiū rerum suarū dedit pau- Luce.xix.
peribus? Sed optare cogimur vt attendak saltem ille pha-
riseus: qui omniū que possidebat decimas dabat. Noli parce- Lu.xviij.
re thesauris caducis et vanis. Noli sub imagine pietatis au X
gere pecuniā. Filijs meis seruo. Magna excusatio: filijs me Ca.xxj.
is seruo. Videamus. Seruat tibi pater tuus: seruas tu filijs
tuis: filij tui/filijs suis. Et sic p omnes: t nullus facturus est In li.l.ho-
ꝓcepta dei. Quare nō illi potius impēdis: qui omnia fecit mel. xviij
ex nihilo? Qui fecit te: ipse te pascit ex bis q̄ fecit: ipse pascit b.
et filios tuos. Neq̄ enī melius ꝓmittis filio tuo patrimoniū
tuum: q̄ creatoꝛi tuo. Et mētiunk quidē homines. Mala est
auaricia. Palliare se volūt noīe pietatis t dealbare: vt qua-
si ꝓpter filios videank seruare homines qđ ꝓpter auari-
ciam seruant. Mā vt noueritis quia sic plerūq̄ contingit. Di
citur de quodā. Quare non facit elemosynā? Q̄ seruat filijs
suis. Cōtingit vt amittat vnū. Si ꝓpter filios seruabat: mit-
tat post illum partē suam. Quare illam tenet in sacculo: t illū
relinquit ab animo? Redde illi qđ suū est: redde qđ illi serua
bas. Mortuus est ināt: sed ad dominū ꝓcessit: pars ipsius
pauperibus debef. Illi debef ad quē ꝓcxit. Christo debef.
Ad illum enī perrexit: t ille dixit. Qui vnt ex minimis meis Mat.xxv.
dederit/mihi dedit. Et qui ex minimis meis non dederit:
mihi non dedit. Sed quid dicis? Seruo fratrib⁹ ipsius. Si
viueret ille/nō erat cum suis fratrib⁹ diuisur⁹. Dides mor-
tua. Mortuꝰ est enī filius tuus. Quicquid dicas/mortuo de
bes qđ viuo seruabas. Mortuꝰ est filiꝰ meus: sed tamē partē
filij mei seruo fratrib⁹ ipsius. Si credis quia mortuus est: si
ꝓ illo christus mortuꝰ non est: mortuꝰ est ipse. Si autē in te

Annotatio fides est: viuit filius tuus. Viuit prorsus: non decessit: sz pre numeralis cessit. Qua fronte vēturus es ad filiū tuum qui precessit cui ordinis ser monū hu ius operis bis thesauros in celo. Si ergo ille thesaurus melius ē custoditus in celo: nunqd tunc mittendus est filio qñ si missus fuerit non peribit? Tenebitur hic vbi pōt perire: nō mittit illuc vbi xps est custos. Certe ea q̄ hic tenes t nō vis mittere post filium tuū: quibus cōmendas actoribus tuis cōmēdas illi? partē qui precessit: et xpo non cōmendas ad quem precessit? An idoneus ē tibi pcurator tuus: minus idoneus xps? Videtis fratres: quia mendacium est qđ dicunt homines: filijs meis seruo. Mendacium est fratres mei: mendaciū ē. Auari sunt hoies. Vel sic certe cogātur cōfiteri quod nolūt: cū erubescunt tacere qđ sunt. Fundant: vomāt in cōfessione qđ portant. Pectus premitur crapula iniqtatis: euomat eā confessio sz nō canino more redeat ad vomitū. Estote xpiani. Valde parum ē vocari xpianus. Quanta donatis hystrionib?: cpta donatis venatoribus: cpta turpibus psonis. Donatis enim eis qui vos occidūt. Per ipas enim exhibitiones voluptatū interficiunt aīas vras: et insanitis quis plus donet. Si insaniretis quis plus seruet: nō essetis ferēdi. Quis plus fuet in sanire auaricie est. Quis plus donet insanire prosusionis est Nec auarum te de?: nec pfusum te vult. Collocare te vult q̄ habes nō proijcere. Certatis quis vincat in petius: nō datis operam qui sit melior: atq; vtinam nō daretis: quis sit peior Et dicitis. Christiani sumus. Ad fauorē ppli proijcitis res vestras: et cōtra iussa xpi tenetis res vestras. Ecce nō iubet xps. Rogat xps: eget xps. Esuriuit dicit xps: t nō dedistis mihi māducare. Egere voluit ppter te: vt haberes vbi seminares terrena q̄ dedit: t meteres vitā eternam. Nolite pigri esse t male securi. Mozes emēdate: peccata redimite. Et cū hec feceritis: deo gras agite: a q̄ accepistis bene viuere. Et nō insultetis his qui nōdū bene viuunt: sed eos ipos moribꝰ vestris adhortamini. Hec faciendo habetis perfectā cpctum in hac vita pōt iusticiam: cōseruantes vos in bonis operib? in orationib?: in ieiunijs: in elemosynis ppter minuta pcta: et abstinēdo vos ab illis magnis peccatis: concordatis cum aduersario: et securi dicitis in oone. Dimitte nobis debita nra: sicut et nos dimittimus debitoribus nris. Habetis enī quod quotidie vobis dimittatur: q̄ habetis quod quotidie dimittatis Sic ambulando securi in via nō timebitis latrocinia diaboli: quia xps viam et stratā magnam seipm fecit qui perducit ad patriam: vbi ois securitas: omis quies: vbi et ipsa opera mie cessabunt: quia nulla erit ibi indigētia miserorum. Erit ergo illud sabbatum sabbatorum: vt quod hic desideramus: ibi inueniamus.

Ca.xxij

Mat.xxv.

Matth. vj

¶Eodēdie. De filijs israel. Sermo. ij. In quo loquitur de decem plagis egyptiorum et earum mysterijs.

Ser. xcvij A

Exo. xxxij.

Joh̄.xiiij. Et ego rogabo patrē: et aliū paraclitū dabit vob. Aliū vtiq̄ nō minorē: aliū paraclitū: id ē sibi gloriē vel nature eiusdē q̄ substātie: vt discipulorū fides veridica sponsione ad expectationē tanti muneris p̄parata: illū quē sibi a dño in locū dei p̄missum esse meminisset: verū deū esse cognosceret. Et aliū inq̄t paraclitū. Maiestat̄ intellige sociū: quē maiestati p̄spicis p̄paratū. Et ego rogabo inq̄t patrē: ꝛ aliū paraclitū dabit vobis. Ecce sb̄n sub titulo p̄missionis: distinctionē applicuit trinitatis. Pater ē q̄ indicak rogād⁹: filius ē q̄ intelligik rogaturus: sp̄ūsctūs q̄ p̄mittik a patre mittēdus. Quanta ꝛ q̄ ineffabilis pietas redēptoris? Boiem portauit ad celū: et deū misit ad terras. Quanta ē auctoris cura p̄ instauratiōe B
facture sue? Ecce iterū noua de supnis medicina mittit: ecce iterū infirmos suos p̄scipam maiestas visitare dignak. Ecce iterū hūanis diuina miscenk: id ē vicarius redēptoris: vt beneficia q̄ saluatoris dñs inchoauit: peculiari sp̄ūsancti virtute cōsummet: et qđ ille redemit: iste sanctificet: qđ ille acq̄siuit: iij
iste custodiat: ac sic vnitas deitatis per vnitatē gr̄e ac muneris approbak: vt sp̄ūsanctus de⁹ unsuba vnus: in p̄sona alij: eq̄li miseratione vnicus: equali reuerētia sit colēdus. Ergo sp̄ūsctūs in hac die ad p̄parata sibi apl̄orum suorū templa velut ymber sanctificationis illapsus ē. Non iam visitatoris subitus: sed ppetuus cōsolatoris: et cohabitatoris eterni. Nam sic de semetipso apostolis suis dixerat. Ecce ego vobiscum sum Matt.xx.
oībus diebus vsq̄ ad cōsummationē seculi: ita etiā de sp̄ūsctō xxviij.
paraclitū inquit dabit vobis pater: q̄ vobiscum sit in eternū. Affuit ergo in hac die fidelibus suis non iam p gr̄am visitationis ꝛ operationis: sed p ipam p̄sentiam maiestatis: atq̄ C
in vasa nō iā odoris balsami: sz ipa suba sacri defluxit vnguēti: ex cuius fragrātia latitudo totius orbis implerek: et apprōpinquantes ad eorū doctrinā dei fierēt capaces atq̄ participes. Sedit ergo sup singulos q̄si ignis: de q̄ saluator noster Act.ij.
testak. Ignem veni mittere in terrā. De quo dictū ē. Deus nr̄ Luce.xij.
ignis cōsumens est. Ipse itaq̄ apostolos suos viue lucis fōte Deut.iiij.
pfudit: vt ipi postmodū vniuersum mundū tanq̄ duodecim solis radij actotidem lāpades ✠itatis illuminēt: ꝛ inebriati nouo vino repleāt atq̄ irrigēt sitientia corda populorū. Inquiramus hoc loco post resurrectionē vel ascensionē dñi: q̄d adhuc adijci possit apostolorū pfectioni p participationem sp̄ūsancti. Erat quidē in eis fides: sz fiducie cōstātia decrat.
Jam quidem xp̄m p vniuersa poterāt predicare sz adhuc p xp̄o vsq̄ ad mortē certare nō poterant: vsq̄adeo vt nullus ex discipulis corōnauerit palma martyrij ante aduētū sp̄ūsancti. Preterea iam recesserat ex oculis eorū dñs iesus q̄ eos predicatione visibili os ad os loquēs corroborabat: ꝛ virtutum miraculis instruebat: et dū cū eo erant: facile credebant q̄ videbant. Fides adiuuabak aspectibus: p̄sentibus cōfirmabatur operib⁹: signis ac ✠utib⁹ pascebak. Postq̄ vero dñs Act.j.
iesus sublatus ex oculis eorū recessit in celū: non sufficiebāt attonite ac trepide eor̄ mētes: nō sufficiebāt (vt dignū erat) celestia ꝛ eterna cogitare: nec p̄ualebāt adhuc portare angusta eorū pectora diuinorū sensuū magnitudinē vt possent intelligere xp̄m: quomodo erat verbū de⁹ apud deum: sicut Joh̄.j.
eis ipse dñs adhuc in corpe cōstitutus euidēter insinuat dicens. Multa habeo vobis dicere: sed nō potestis ea portare Joh̄.xvj.
modo: cū aūt venerit sp̄us veritatis ipe vos docebit omnem veritatē. Videsq̄ post discessionē adeo āde summeq̄ virtutis discipulorū pectora dilatata sunt: ad sustinendam magnitudinem diuini luminis: et intelligētiam veritatis: De⁹ itaq̄ est qui potest post munificētiam suā accumulare gr̄am: augere sapientiā: confirmare constantiā. Videamus q̄ ante visitationē celestis cōsolatoris: q̄tū eis de magnanimitate quantum de p̄fectione defuerit. Nam p̄imū cū eū supra tu- Mat.xiiij.
mentia maris dorsa vidissent substratis fluctibus ambulātē et cum aquarum iter instabile sub diuinis solidaret vnda famula vestigijs: turbati sunt dicentes. Fantasma est: et p̄ timore clamauerūt. Post infusionem vero spiritussancti iam non dicunt quia fantasma est: sed in p̄incipio erat verbum: et Joh̄.j.
verbum erat apud deū: et deus erat verbum. Et iterū. Erat inquit lux vera: que illuminat omnem hominē venientem in Col.j.
hunc mundum. Et apostolus dicit. Quia ipse est ante omēs et omnia per ipsum constant. Vnus autem ex discipulis thomas nondum huius muneris bñdictione ditatus: cū in corpore iam glorificato: in corpore iam celesti per carnis vulnera deum quereret: ꝛ ad credendam incorruptibilem diuinitatē fixuris clauor̄ ꝛ cicatricum testimonijs indigeret. Nisi videro inq̄t in manib⁹ ei⁹ fixurā clauorū: ꝛ mittā manū meā Joh̄.xx.
in latus ei⁹ nō credā. Ali⁹ ✠o iā sctūs p̄us eruditōe repleto⁹: cō- j. Joh̄.j.
fidēter exclamat. Qđ erat ab initio: qđ audiuim⁹: qđ vidim⁹ oculis nr̄is: qđ p̄spexim⁹ ꝛ man⁹ nr̄e palpauerūt: de ✠bo vite: ꝛ annūciam⁹ vob vitā eternā: q̄ erat apud p̄rem: ꝛ apparuit nobis Et iterū alio loco paul⁹ apl̄s tāte maiestat̄ locupletat⁹ illapsu fiducialit̄ p̄testak. Et si cognouim⁹ fm carnē xp̄m: sz nūc iā non ij. Cor.v.

F uim⁹. Btūs petr⁹ dñi passiōe iā, pria: nōdū diuīa pacliti ispi
Wat.xxvj ratiōe fūdat⁹: nolēs a se xp̄z cozpalit separi: ītraditoꝛē ꝛ gla
diatozes gladiū strīgit: ꝛ vi vi estimat repellēdā. Stephan⁹
aūt plen⁹ spūsancto: iam nō in terra xp̄m requirit: sed aperto
celo vidit gloriā dei: neq; iam de vindicta cogitat: sed ꝓpse
Act.vij. cutoꝛib⁹ suis exoꝛat ꝛ supplicat: Dñe ne statuas illis hoc pec
tatū. Ante aduentuz vero spūsancti sub ipō cruc̄ dñicetpe:
Wat.xxvj alij ex discipulis effuganꝁ: alij vnius ancille voce terrentur
ꝛ metu cozda trepida penetrāre: dñz suū negare cogunꝁ: post
illustratiōē vero spūssancti ꝛ ꝑfirmatiōē: custodijs excru
Act.v. ciati: verberib⁹ afflicti: ibāt gaudētes: q; digni essent ꝓ xp̄i
Wat.xxvj noīe cōtumelijs pati. ꝛ qui ante negauerāt cū iuramēto: q; nō
nouim⁹ hoīem istū: nūc ꝓpter eū i supplicijs gloriaꝁ: ꝛ ope
rāte in se spūsancto: paꝛ putāt esse qđ ꝓ xp̄i amoꝛe patiunꝁ
Et qui ante verbis deterrebant nūc penis ꝛ cruciatib⁹ robo
raꝁ: ꝛ xp̄m dñm nō iam vocib⁹ sz moꝛib⁹ ꝓfitent: ac dilectio
Ro.viij. nis magnitudinē: sanguinis effusione testaꝁ: Et iter hec ca
lefacti ꝛ accensi mero dñice charitat⁹ exclamāt: Nō sunt ꝯdi
gne passiones hui⁹ tpis ad futurā gl̄iaz q̄ reuelabit in nobis
Ergo beati apli illo fidei igne feruētes de quo ipe dñs dicit
Luce.xij. Ignē veni mittere in terrā: ꝛ qđ volo nisi vt accendaꝁ: ab im
Act.ij. pia multitudine putabaꝁ ebrij ꝛ musto pleni. Et dicebāt ad
inuicē: q; musto pleni sūt isti. At vero nouo vino repleti erāt
q; spūsancto iā fuerāt innouati: ꝛ appebat in eis qđ ipse dñs
Wat.ix. dixerat: Nouū vinū in vtres nouos mittēduz est. Istud vero
nouū vinū nō putem⁹ solos tūc apl̄os suscepisse. Hoc musto
inflāmanꝁ: ꝛ hoc ꝑclaro poculo quotidie inebriaꝁ etiaz cozdafidelitū: ꝛ aīe ꝓuertentiū. Qđ frequēter fieri videm⁹: q; ꝑ
desiderio salutis sue parētes ꝛ patriā suā fugiūt. Exeūt nul
lo cōpellēte de terra ꝛ de cognatiōe sua: ꝛ moꝛtui huic mūdo
alios spiritaliter aiaz ꝓ inquirūt parētes: ꝛ liberi sub iugo ve
nīūt: ꝛ pauloante elati atq; sublimes humilia affectāt: supba
fastidiūt: ꝛ cupiūt esse qđ ante despexerāt: ꝛ odisse incipiūt
quod fuerāt. Presentiū hospites: futuroꝝ appetitoꝛes: eter
B nāilla patriā ꝓcepta tpaliū falsitate suspirant. Hoc itaq; mu
sto spiritales aīe inebriate: ꝛ penit⁹ cōmutate: abstinentiā de
litijs vigilias dulcib⁹ somnis: pauptatē diuitijs anteponūt
Arduū ꝓtra vitia laboꝛē iocūdissimā ꝓpūtāt voluptatē: Dul
cescūt eis vilia: ꝛ q̄ pri⁹ fuerāt ꝑciosa vilescūt. Diligūt inimi
cos suos: ꝛ benefaciūt his qui se oderūt: nō ꝙicunq; indignā
tib⁹: nō irritaꝁ in oppꝛobrijs: nō frangunꝁ in iniurijs: ꝓꝛo
sus hoꝛū nihil sentiūt, ꝑpt feruoꝛē spūssancti: ꝛ ꝓpter eternā
retributionē. Hoc spiritali mero calebant martyzes: q̄ abij
ciētes ꝛ post se iactātes oīa seculi blādimēta: ibāt ad passio
nes: obliuiscētes facultates ꝛ affectiones: patrimonia ac ma
trimonia sua: ꝛ vincētes armatā ꝓtra se paruuloꝝ pignoꝝ fle
tib⁹ pietatē: vociferātes quidē parētes: puluerē mittētes in
capita sua: ꝛ matres faciēs suas aululis crinib⁹ dilacerātes.
Sz illi hec oīa tanq̄ ebrij nō videbant: nec cognoscebāt suos
q; infuso ꝑcoꝛdijs suis spūsancto ad doloꝛes: ad supplicia tā
J q̄ ad ꝙolationes ꝛ ad ꝓmia festinabāt. Itaq; anniuersariuz
quidē diē celebram⁹ de aduētu spūssancti: sz nos ītā agam⁹
vt quotidie eū ad nos castis opib⁹ ꝛ castis pectoꝛib⁹ inuitemus. Ita em̄ puri atq; purgati sensib⁹ ꝛ cogitationib⁹ esse de
bem⁹: ita nos oporteꝫ oꝛi ꝛ coꝛdi adhibere custodiaz: vt nos
Sapiē.j. dignos ei⁹ visitatione ꝛ illuminatione faciam⁹: ꝛ videamur
liberi esse ab omni ꝺmundicia cogitationum: q; vt dixi. Per
uerse cogitationes separāt a deo. Studeam⁹ liberi esse ab oī
obtrectatione oīq; malicia: q; in maliuolā animā nō ingredi
tur sapiētia: nec habitat in coꝛpe subdito pctis. Per irā ac su
perbiā: aīe negligentiū: spūssancti custodiaꝁ ꝓtectione nudā
tur. Non ergo ꝓ huiusmodi passiones cōtristem⁹ spm̄sanctuz
sed pot⁹ eū ad fedē coꝛdis nostri per gratiā humilitatis ꝛ pa
Esa.lxvj. cis māsuetudinē euocem⁹ ac letificem⁹ euz opibus ꝛ ꝓfecti
bus nostris: q; ipe dicit: Sup quē requiescā: nisi sup humilē
ꝛ quietū: ꝛ trementē sermones meos? Si ergo ꝑmereri cupi
mus tanti visitatoꝛis ingressuz: mūdem⁹ primūm domū aīe
nostre ab indignis carnalis ꝓcupiscētie passionib⁹: a supbie
dñatiōe: a fetoꝛe iactātie: a tenebꝛis hoꝛroꝛe: de quo ipe dñs
Apoca.iij. dicit: Vtinā inquit frigidus esses aut calidus: nūc vero quia
tepidus es: incipiā te euomere ex oꝛe meo: id est ex viscerib⁹
mei intimi coꝛdis expuere. Preparemus itaq; hāc domum
quotidie ad sacri regis aduentū: eāq; diuersis ꝓbabilium
moꝛum floꝛib⁹ adoꝛnem⁹. Repleamur iocundis preciosisq;
odoꝛib⁹ castitatis: fidei ꝛ cōpunctioni s incēso: balsamo be
niuolentie: ꝛ thimiamate charitat⁹: vt amputatis vitijs ꝛ vir
tutib⁹ inſertis: destructa in nobis habitatione diaboli: mute
mur in templū dei: vt tam beat⁹ hospes nitido delectatus ho
spitio: stabilē ac ꝑpetuā in nobis faciat mansionē. Propter
hoc em̄ ad nos ille descēdit: vt nos ad illū possimus ascēdere
cui est gloria cū patre ꝛ spūsancto in secula seculoꝝ: Amen.

¶ Eodez die: de aduentu spiritussancti. Sermo ij. In quo etiaz declarat quare hij qui modo spiritum sanctum accipiunt non modo loquunꝁ linguis quomodo tunc.

Sermo clxxxvj. A

Hodierni diei solēnitas dñi dei magni ꝛ magne gr̄e que supfusa ē sup nos recoꝛdationē facit. Deo em̄z solēnitas celebraꝁ: ne qđ semel factū est: de memoria deleaꝁ. Solēnitas em̄ ab eo qđ soletin anno: no
mē accepit: Quō pennitas fluminis dicaꝁ: q; nō siccaꝁ estate sed ꝑ totū annū fluit: ideo penne: ꝑ annū: sic ꝛ solēne qđ solet i anno celebꝛari. Celebram⁹ hodie aduentuz spūssancti. Dñs em̄ spm̄sanctū ꝑ celo misit quē in terra ꝓmisit: ꝛ q; sic, ꝓmiserat de celo esse missurū: non pōt ille venire nisi ego abiero: dum aūt abiero mittā illū ad vos: Passus est: moꝛtu⁹ est: Johā.xvj resurrexit: ascēdit: restabat vt impleret qđ ꝓmisit. Hoc expe Matth. ctātes discipuli ei⁹: aīe vt scriptū est centum viginti decupla xxvij. to numero apl̄oꝝ. Duodecim em̄ elegit ꝛ centum viginti spm̄ Act.j. misit. Hoc ergo ꝓmissuz expectātes in vna domo erāt. Oꝛa
bant: q; desiderabāt: tā ipsa fide: quod ipsa oratione: ipso spe Wat.ix. ciali desiderio: vtres noui erāt: vinū nouū de celo expectaba
tur ꝛ venit. Jam em̄ fuerat magn⁹ boꝛrus ille calcat⁹ ꝛ glorifi
catus. Legim⁹ em̄ in euāgelio: Spūs em̄ nondū erat datus Johā.vij.
q; ihesus nōdū fuerat glorificat⁹. Jam quid respōdit: audisti B
magnū miraculū. Omnes qui aderāt vnā linguam didicerāt. Venit spūssanct⁹: impleti sunt: ceperūt loqui linguis varijs oīm gentiū quas nō nouerāt nec didicerāt: sed docebat illeq̄ venerat: intrauit: impleti sunt: fudit. Et tunc hoc erat signuz quicūq; aspiciebat spm̄sanctū subito implet⁹ spū linguis oīz loquebaꝁ: nō illi solū centū vigiti. Docēt nos littere ipe: postea crediderūt hoies: baptizati sūt: acceperūt spm̄sanctū: linguis oīm gentiū locuti sūt. Expauerūt qui aderāt alij admirātes: alij irridētes: ita vt dicerēt: Isti ebrij sunt musto pleni sunt. Ridebāt ꝛ aliq̄d verum dicebāt. Impleti em̄ erāt vtres nouo vino. Audistis cū euāgelū legerē: Nemo mittit vinū Matth.ix. nouū in vtres veteres: spiritalia nō capit carnalis. Carnalitas vetusta est: gratia nouitas est. Quātocunq; hō in melius fuerit inouat⁹: tanto ampli⁹ capit: qđ verus sapit. Bulliebāt musto: ꝛ musto bullientē lingue gentiū ꝓfluebāt. Nunc C modo fratres nō dak spūssanct⁹? Quisquis h̄ putat: nō est dign⁹ accipe. Dak ꝛ mō. Quare ergo nemo loquit linguis oīm gentiū: sicut loq̄bak qui tūc spūsancto implebak? Quare? Qz qđ illud significabat impletū est. Quid est illud? Qñ celebrauimus q̄dragesimā: recolite: q; cōmēdauim⁹ vobis dūm iesus xp̄m ecc̄liam suā cōmēdasse ꝛ ascēdisse. Querebāt discipuli: Act.j. Qñ erit finis seculi? Et ille: Nō est vr̄m scire tpa vel momēta que pater posuit in sua potestate. Adhuc ꝓmittebat qđ hodie cōpleuit. Accipietis virtutē spūssancti supueniēt⁹ in vos ꝛ eritis mihi testes in hierusalez: ꝛ in tota iudea ꝛ samaria: et vsq; in fines terre. Ecc̄lia tunc in vna domo erat: accepit spm̄ sanctuz: in hominib⁹ paucis erat: in linguis totus oꝛbis erat Ecce quod ꝓtendebat mō. Nā q; illa ecclesia parua: liguis omniū gentiuz loquebaꝁ: quid est q; ecclesia ista magna a solis oꝛtu vsq; ad occasum linguis omniū gentiuz loquit? Modo impletur h̄ tunc ꝓmittebat. Audiuimus: Videm⁹. Au- Ps. xliij. di filia ꝛ vide: ipsi regine dictum est: Audi filia ꝛ vide. Audi ꝓmissum: vide completū: non te fefellit deus tuus: nō te fefellit sponsus tuus: nō te fefellit qui suo sanguine te dotauit: nō te fefellit qui de feda pulchram: de immūda virginem fecit. Tu tibi ꝓmissa es: sz ꝓmissa in paucis: impleta in multis. Nemo ergo dicat: Accepi spm̄sanctū quare nō loquoꝛ linguis oīuz gentiū? Si vultis habere spiritumsanctū: iurendi te fratres mei. Spiritus noster quo viuit omnis homo: anima vocatur: spirit⁹ noster quo viuit singul⁹ quisq; hō: aīa vocaꝁ: ꝛ videtis qđ facit aīa in coꝛpe. Dia mēbꝛa vegetat: ꝑ oculos videt: ꝑ aures audit: ꝑ nares olfacit: ꝑ liguā loquit: ꝑ manus opaꝁ: ꝑ pedes ābulat: oib⁹ sil'adest mēbꝛis vt viuāt: vitā

dat oīb⁹:officia singulis. Mō audit oculus:nō videt auris nō videt lingua:nec loquit auris ⁊ oculꝰ sed thviuit:viuit auris:viuit lingua:officia diuersa sunt:vita cōmunis. Sic ē ecclesia dei:in alijs sanctis facit miracula:in alijs sanctis loq̄tur veritatē:in alijs sanctis custodit virginitatē: in alijs sanctis custodit pudicitiā cōiugalē:i alijs hoc: in alijs illud:singuli ꝓpria opank:sed pariter viuūt. Qđ aūt est anima corpis hoīs:hoc est spūssanctꝰ corpis xp̄i qđ est ecclia:hoc agit spiritussanctꝰ in tota ecclia:qđ agit ecclia in omnib⁹ membris vnius corporis. Sed videte quid caueatis:videte q̄d obseruetis:videte q̄d timeat⁹. Cōtingit vt in corpe hūano:imo de corpe aliq̄ō p̄cidak mēbrū :manus:digit⁹:pes:nunq̄d p̄cisum sequik aīa:Cum in corpe esset viuebat:p̄cisum amittit vitā. Sic ⁊ hō christianꝰ catholicꝰ est dū in corpe viuit:p̄cisus hereticꝰ factus est mēbrū amputatū:nō sequik spiritꝰ. Si ergo vult⁹ viuere de spiritusancto:tenete charitatē:amate veritatē:desiderate vnitatē:vt perueniat⁹ ad eternitatē: Amē.

¶ Itē eodem die:Homelia de eo quod scriptuz est in euangelio ſm Johannez: Sic deus dilexit mūdum ⁊c. que sumpta est de expositione doctoris. tractatu. xij. fo. clij. col. iij.

¶ Feria tertia pentecostes:De missione spūssancti:Sermo. j. In quo ostendit cur nō dabak spūs sanctus discipulis nisi glorificato christo.

Sermo clxxxvij. A

Jobā. vij.

IEsus nobis fratres grat⁹ illuxit quo sancta ecclia fideliū fulget aspectuꝰ feruet in corꝺibꝰ. Celebram⁹ quippe ist̄ū diē quo dñs iesus xp̄s resurrectiōe ascēsione glificat⁹ misit spm̄sanctū. Sic em̄ scriptū est in euāgelio cū diceret:Si quis sitit veniat ad me ⁊ bibat. Qui credit in me:flumia fluent de vētre ei⁹ aque viue. Euangelista secut⁹ exponit ⁊ ait:Hoc aūt dicebat de spū quē accepturi erāt credētes in eū. Nondū em̄ erat spūs dat⁹:q: iesus nondū fuer at glificat⁹. Restabat ergo vt clarificatio iesu cū resurrexit a mortuis ⁊ ascendit ad celos: iam darek spūssanctus ab eo missus a quo ꝓmissus:sicut ⁊ factū est. Quadragita em̄ dñs post resurrectionē dieb⁹ cū discipul⁹ uersat⁹:ascēdit in celū:⁊ die quinq̄gesimo quē hodie celebram⁹ misit spi

Act. ij. ritūsanctū:sicut scriptuz est:Fact⁹ est subito son⁹ de celo:q̄si ferret flat⁹ vehemēs:⁊ vise sūt illis lingue diuise sicut ignis: q̄ iseditsup vnūquēq̄:⁊ ceperūt linguis oīb⁹ loqui quō spūs

B dabat eis ꝓnunciare. Flat⁹ ille a carnali palea:corꝺa mūdabat. Ignis ille fenū veter⁹ ꝓcupiscētie ꝓsumebat. Lingue ille quib⁹ loq̄bank a spūsancto ipleti:p oīm gentiū lingua⁹ futurā

Gen. xj. ecclia⁹ designabāt. Sicut em̄ post diluuiuz ipietas supba hoīm turri ꝓtra dñm edificauit excelsam:qñ p ligua⁹ diuersas diuidi meruit gen⁹ humanū:vt vnaquēq̄ gēs ligua p ꝓpria loq̄ret ne ab alijs intelligeret. Sic humilis fidelius pietas ea⁹ ligua⁹ diuersitate eccl̄ie ꝓtulit vnitatē:vt qđ discordia dissipauerat:colligeret charitas:⁊ hūani gñis tanq̄ vni⁹ corpis mēbra dispsa ad vnū caput xp̄z ꝓpaginata redigeret ⁊ in sancti corpis vnitatē dilectionis igne ꝓflaret. Ab h̄ itaq̄ dono spūssancti ꝓ:sus alieni sunt: qui oderunt gratiam:qui societatē nō retinēt vnitat⁹. Licet em̄ etiā ipi hodie solennit cōgregenk:lz istas audiāt lectiōes:quib⁹ spūssanct⁹ ꝓmissus ⁊ missus est:ad iudiciū audiūt:nō ad ꝑmiū. Quid em̄ eis ꝓdest pcipe aurib⁹ qđ corꝺibꝰ resp̄uūt:⁊ ei⁹ diē celebrare cui⁹ lumē oderūt:Clos aūt frēs mei:mēbra corpis xp̄i: germina veritat⁹:filij pacis:hūc diez agite leti:celebrate securi. Hoc em̄ in vobis iplek qđ illis dieb⁹ q̄n venit spūssanct⁹ ꝑsignabatur. Sicut em̄ tūc qui spm̄sanctū pcipiebat etiā in hō liguis oībus loq̄bak:sic ⁊ nūc p oēs gentes oīb⁹ linguis ipa veritas loquik:in qua ꝓstituti spm̄sanctū habetis qui xp̄z ecclia loq̄n te omnibus linguis vobis scīsmate discidetis.

¶ Itē eodem die:Homelia de eo qđ scriptuz est in euāgelio ſm Johānez:Amen amē dico vobis qui nō intrat p ostium ⁊c. que habek in expositione doctoris. tracta. xlv. fo. cxcij. col. iiij. Et iter sermones de Verbis dñi. xlix. fo. lxiij. col. j.

Johā. x.

¶ Feria q̄rta pentecostes:de missione spūssancti Sermo. j. In quo ostendit quō hereticinon possunt habere spm̄ sanctuz:sicut mēbra p̄cisa non habent animam.

Sermo clxxxviij. A

Johā. xvj.

FRatres charissimi hodierna die anniuersaria solēnitas agit:q̄ die dñs nr̄ iesus xp̄s spm̄sanctū paclitū misit quē discipulis añ ꝑmisit. Dixerat em̄:Nō pōt ille venire nisi ego abiero. Quadragesimo ita

Act. ij. q̄ die post resurrectionē suā cui⁹ solēnitatē añ decē dies egimus:ascēdit in celū:nec īmemor pollicitatiōis sue:hodie misit spm̄sanctū:quo ipleti sūt p⁹centū vigitti:q̄ sic fuerāt congregati:eandēq̄ dñi promissionem fideliter expectabant. Scriptū est em̄:Subito de celo son⁹ fact⁹ est:q̄si ferret flat⁹ vehemēs ⁊ vise sunt illis lingue diuise sicut ignis q̄ ⁊ insedit super vnūquēq̄ illoꝝ ⁊ ceperūt linguis oībus loq̄ quō spūssanctus dabat eis ꝓnunciare. Flat⁹ ille a carnali palea corꝺa mūdabat ignis ille fenū veter⁹ ꝓcupiscētie cōsumebat. Itaq̄ ꝓpe tūc placuit spūssancti significari p̄sentiam:vt qui eū accepissent linguis oībus loq̄rent. Pri⁹ itaq̄ videam⁹ breuiter quare dixit qñ eū ꝓmisit:Nō pōt ipse venire nisi ego abiero. Re q̄ em̄ sepabilis est a filio dei spūssanct⁹:aut ipotēs erat eo p̄sente venire a quo nō pōt oīno discedere. Sed qm̄ discipulis adhuc infirmis forma serui dñs demōstrabat:in q̄ verbū caro factū est ⁊ habitauit in nobis:Lausaz ꝙ serui. i. carnē dñi

Phil. ij. etiā carnales poterāt intueri:Forma aūt dei in q̄ nō rapinaz arbitrat⁹ est esse se equalē deo:nō pōt nisi a spiritalib⁹ cogitari:ꝓptere a dixit:Non pōt ille venire nisi ego abiero:Tanq̄

Johā. xvj. diceret:q̄diu circa meā carnem occupat⁹ vester carnalis affectus:tādiu meā diuinitatē nō suscipit spiritalis vester obtutus. Dono em̄ spūssancti ꝑmiserat eos introducē dos in oēm veritatē:sicut scriptū est:Fide mūdās corꝺa eoꝝ. Beati aūt

Act. xv. mūdo corꝺe:qm̄ ipi deū videbūt. Abscessit itaq̄ corꝑalis for

Mat. v. ma dñi a corꝑalib⁹ oculis eoꝝ:vt p spm̄sanctū diuinitas dñi insinuaret corꝺibꝰ eorū. Nūc deinde videam⁹ q̄re cum hoc

B erat signū p̄sentie spūssancti:vt q̄ eū accepissent:linguis oīs loquerent. Recte em̄ etiā nūc cū dak spūssanctus:qui eū acci-

Act. ij. piūt:nō loquunt linguis oībus:quo euidēti miraculo se illo tpe demōstrabat. Hic intelligendū est frēs charissimi: hunc esse spm̄sanctū:quo charitas dei diffundit in corꝺibꝰ nr̄is:⁊

Roma. v. quo charitas eccl̄iam dei ꝙgregatura fuerat toto orbe terrārū:⁊ q̄tūc etiā vnus hō poterat vt spm̄sctm̄ accipiēs linguis oīm loqueret:nūc spūsancto ꝙgregata ipa vnitas eccl̄ie linguis oīb⁹ loquit. Proīde si q̄s dixerit alicui nostrū. Accepisti spm̄sctm̄:q̄re nō linguis oībus loq̄ris? Respondere debet:Loquor sane oībus linguis:q: in eo sum xp̄i corpe:hoc est in eccl̄ia:q̄ loquit oīb⁹ linguis. Quid em̄ tūc aliud significat de⁹ spūssancti p̄sentiā nisi eccl̄iaz suā linguis oībus locuturā? Impletū est itaq̄ qđ ꝓmiserat dñs:Nemo mittit vi

Mat. ix. nū nouū in vtres veteres:lz vinū nouū in vtres nouos mittit⁹ ⁊ vtraq̄ seruabunt. Merito ergo cū audirent⁹ liguis oībus loqui:nōnulli dicebāt:Hi musto pleni sunt. Jam em̄ facti fue-

Act. ij. rāt vtres noui sanctitat⁹ gr̄a renouatt:vt vino nouo:h̄ est spūsancto repleti:linguis oīb⁹ loq̄ndo ferueret:⁊ eccl̄iaz catholicā per oīm gentiū linguas futurā euidētissimo illo miraculo p̄signaret:Ac p̄h recte credunt heretici spm̄sctm̄ nō habere q̄ diuidunt a corpe:qđ p oēs gētes linguis oīb⁹ meruit p-

C sonare. Hūc itaq̄ diem dilectissimi sic celebrate tāq̄ mēbra vnitat⁹ corpis xp̄i. Nō em̄ frustra celebrat⁹ si hoc estis qđ celebrat⁹:illi eccl̄ie coherētes quā dñs implēs spūsancto toto mūdo crescēte cognoscit suā ⁊ agnoscit a sua:⁊ tanq̄ sponsus spōsam nō pdit ꝓpriā:q: nemo supponit alienā. Vobis enim in oīb⁹ gētib⁹ ꝓstitutis:hoc est eccl̄ie xp̄i:mēbris corpis xp̄i

Ephe. iiij. sponse xp̄i:Ap̄s dicit:Sufferentes inuicē in dilectione studentes seruare vnitatē spūs in vinculo pacis. Videte q: vbi p̄cepit vt sustineam⁹ inuicē:ibi posuit dilectionē:vbi spm̄ no minauit vnitat⁹:ibi ostēdit vinculū pacis. Hec est dom⁹ dei de viuis lapidib⁹ fabricata:in qua talē patrēfamilias delectat habitare:cui⁹ oculos ruina diuisionis nō ꝺz offendere.

¶ Item eodē die:Homelia de eo qđ scriptuz est in euangelio ſm Johannez:Nemo potest venire ad me nisi pater me⁹ qui misit me traxerit eu⁹ ⁊c. que sumpta est de expositione doctoris: tractatu xxvj. fo. clxxiiij. col. j. Et ex sermonibus de verbis domini. xlvj. fo. lxj. col. iij.

Johā. vj.

¶ In festo sancte Trinitatis quod celebrat dominica in octauis pentecostes: de sancta Trinitate: Sermo.j. In quo dicit q trinitatis disputatio periculosa est hominibus quã angeli in celo scire non possunt.

Sermo clxxxix. A

AUdio fratres q quidã inter se disputant: quõ pr̃ et filius ⁊ spũssanct⁹ ⁊ tres sunt ⁊ vnũ sũt. Videtis ex questione cũ periculosa sit disputatio. Lutũ ⁊ vas fictile de creatore disputat: ⁊ ad nature sue rationẽ nõ potest peruenire: ⁊ curiose querit scire de mysterio trinitat⁹ qõ angeli in celo scire nõ possunt. Quid em̃ dicũt angeli in celo? Quis est iste rex glorie: dñs virtutũ ipe est rex glorie? Si militer in Esaia dicit: Quis est iste qui ascẽdit de edom: cãdida vestimẽta ei⁹? Vide quid dicũt: pulchritudinẽ p̃dicãt ⁊ de natura tacẽt: Ergo ⁊ nos simpliciter dicam⁹. Vis scire naturã dei: hoc scito qõ nescias: nec in hoc cõtristeris q⁹ nescias: q⁹ ⁊ angeli nescierũt ⁊ sic̃ oẽs creature. Sz dicit aliq⁹: Quõ ergo credo qõ nescio? Quõ xp̃ian⁹ sum: qui nescio quõ sum xp̃ian⁹? Dicã simp̃r ante cẽ aliq̃ de scripturis ꝓferã. O christiane q tibi videt⁹ nihil scire: si scias hoc ip̃m qõ nescias nõne magis plus videris a ceteris scire? Gentilis hõ videt lapidẽ: ⁊ deum putat: Philosophi vidẽt celũ: ⁊ deũ putãt. Aliꝰ videt solẽ: ⁊ deũ putãt. Tu ẋo vide quantã sup istos habeas scientiã qui dicis: de⁹ lapis esse nõ põt. Sol deus esse nõ põt q⁹ alteri⁹ impio currit. Vides q⁹ in eo qõ dicis nihil te scire: magis nosti. Gẽtiles aũt in eo qõ se dicũt scire: nesciũt: q⁹ falsa sunt que nouerũt: Simlr̃ cõsidera q⁹ voceris fidelis nõ rationalis. Deniq̃ accepta baptismo hoc dicimus: Fidelis factus est: siue fact⁹ sum: credo qõ nescio: ⁊ pterea scio: q⁹ me scio nescire qõ nescio. Sed dicit aliquis. Hoc nõ est exponere: sed expositionẽ fugere. Et nos sciebamus scire qõ nesciebam⁹: tu nos dicebas scire qõ ignorabam⁹. Nonne meũ est pie ignorantiã ꝓfiteri: cũ temere mihi scientiam vendicare? In die iudicij nõ dãnor q⁹ dicã nesciui naturã creator⁹ mei: Si aũt aliq̃d temere dixero: temeritas penã hz: ignorãtia ventã ꝓmerek. Dicam⁹ aliquid de scriptur⁹ nõ rationẽ sequẽtes: sz auctoritatẽ dñi saluatoris. Ẋps em̃ dicit ascensur⁹ in celum ad apl̃os loquẽs: quib⁹ p̃dicat vt magister ⁊ dñs. Memo em̃ nouit sic de natura sua dicere quõ ipse qui de⁹ est: Nobis autẽ sufficiat scire de trinitate: qõ dñs exponere dignat⁹ ẽ. Qz ergo dicit ad apl̃os: Ite ⁊ baptizate oẽs gentes in noĩe p̃ris ⁊ filij ⁊ spũssancti: Tria noĩa audior vnũ dicit nomẽ. Nõ em̃ dixit in noĩb⁹ sed in noĩe. Tria noĩa dicit: ⁊ quõ vnuz ponit? In noĩe patr⁹ ⁊ filij ⁊ spũssancti vnũ est: sed trinitas est nomẽ qõ dicit in noĩe p̃ris dei: in noĩe filij dei: in nomĩe spũssancti dei: pater ⁊ filius ⁊ spũssanct⁹ vnũ nomẽ est diuinitatis. Sed requiris a me quõ vno nomĩe tres appellank? Nescio ⁊ libere me nescire p̃fiteor: qõ xp̃s voluit indicare hoc solũ scio: quia in hoc xp̃ian⁹ sum: q⁹ vnũ deũ in trinitate cõfiteor. Si aũt dixero vnã psonã esse patris ⁊ filij ⁊ spũssancti: fabellianus appellor: ⁊ incipio nõ esse xp̃ianus sz iude⁹: q⁹ ⁊ iude⁹ vnũ deuz dicit: ⁊ q⁹ patrẽ nescit ⁊ filiũ ⁊ spm̃sanctũ: ꝓptere a mysteriuz nõ nouit trinitatis. Ergo si sic dicim⁹ vnũ deũ vt patrem ⁊ filiũ ⁊ spm̃sanctũ excludamus a mysterio trinitat⁹: iudei efficimur. Ergo libere dico: nõ ex me sed ex sñia saluatoris: scãdalum esse q⁹ in aĩa nascit auditoris: quõ tres vnũ sint: quõ pater ⁊ fili⁹ ⁊ spũssanct⁹ nõ diuidank in diuinitate: sz in psonarũ qualitate. Quando cũq̃ psonas appello: rogo vos ne me putetis psonas hoĩm dicere: ego psonas in p̃re ⁊ filio et spũsancto nõ dico quasi psonas hoĩm: psonã patris dico q⁹ pater ẽ: ⁊ filij q⁹ fili⁹ est: ⁊ spũssancti q⁹ spũssanct⁹ est. Nõ est pater filius: nec fili⁹ pater: nec spũssanct⁹ pater aut filius. Diuidunk em̃ ꝓprietatib⁹ sed natura sociank. Videte: hoc ip̃m scandalũ: philipp⁹ quondã apl̃s sustiebat q̃ dixit ad ip̃m dominũ Dñe ostẽde nobis patrẽ. Cui respondẽs dñs ait: Philippe tanto tpe vobiscũ sum ⁊ nõ cognouist⁹ me. Qui videt me videt ⁊ patrẽ. Quid ipse pater est: ipse fili⁹: hoc impiũ est dicere: sz hoc dicit: in eo q⁹ filiũ vides intellige patrẽ. Nõ em̃ potest appellari fili⁹ nisi habuerit patrẽ. Qñ dicit pater: non dicit nisi habuerit filiũ. Multa sunt que dici p̃t: sed sufficiãt fidelib⁹ pauca de mysterio trinitatis audisse. Rogo vos: hoc maius inter nos certamẽ sit quõ aduersariũ supem⁹: quõ ieiunem⁹ quõ pctã nostra plangam⁹: quõ pro tãto scelere satisfaciam⁹ quõ elemosynis insistam⁹: quõ cogitatio nostra nõ nos captiuos in libidinẽ trabat: quõ ꝓra oẽm iniuriã patiẽtiã habeamus: quomõ fratri iniuriam facienti nõ resistam⁹: sed vincamus eũ in humilitate: quã a christo didicim⁹: qui cũ pateret nõ cõminabat. Quando venerit cogitatio⁹ ꝓposuerit q̃d est deus: ⁊ que est ratio trinitatis: nobis sufficiat credere q⁹ est: ⁊ nõ temere rationẽ querere trinitatis: sed timere ⁊ orare dñz semp debem⁹: ⁊ sibi soli scientiã nostrã in hac parte exhibeamus: vt diebus ei ac noctib⁹ laudes canam⁹: Cui sit gloria in secula seculorum: Amen.

Joh. xiiij. D

Matth. xxviij. C

1. Petri.iij.

¶ In eodez festo: de eo qõ scriptũ est: Splendor est enim lucis eterne ⁊ ymago inuisibilis dei ⁊c. Sermo.ij. In quo dicit q trinitas credi debet nõ inuestigari.

Sap̃.vij.

Ser.cxc. A

Col.j. Heb.j.

B

Esa.xl.

Joban.x.

C

j.Cor.j. Ubi.s.

Esa.liij. Mar.xiij. Ubi.s. Mar.xiij.

Luce.ix. Johã.viij. j.Cor.x. Ephe.ij.

Johan.j.

Apoca.v.

Joh.xiiij. D

Johã.xvj.

APostoli lectionẽ mecũ pariter audistis dilectissimi. Ait em̃ de dño ieſu xp̃o: Splendor est em̃ lucis eterne ⁊ ymago inuisibilis dei: eo q⁹ ymago solis lux sua sit que de eo sole ꝓcedit. Quippe cum ostet lumẽ istud diuinitatis estimari: cõprehẽdi ⁊ diffiniri nõ posse: ideo p̃moneo vt tm̃ de vnitate substãtie spiritaliter credatis: ⁊ filiũ verũ de vero patre cognoscatis. De qualitate autẽ rei querere nõ debetis: q⁹ de⁹ credi se voluit: nec examinari: q⁹ quãtus sit sciri nõ põt. Hoc em̃ ꝓphete: hoc apl̃i p̃dicauerunt: Deniq̃ p captu: ꝓ viribus: p fide nostra intueamur: deus q̃d sit: ⁊ videam⁹ an aliq̃d possit ei cõparari. Certe hoc est de⁹: q⁹ ⁊ cuz dicit nõ põt dici: cũ estimat non põt estimari: cũ cõparatur nõ põt ꝓparari: cuz diffinit ipsa diffinitione crescit: q⁹ celuz manu sua coopit: pugno oẽm mũdi ambitum claudit: quẽ totũ oĩa nesciũt: ⁊ metuẽdo sciũt. Cui⁹ nomini et virtuti famulak hic orbis: ⁊ ipsa sibi elementoz succedẽtium momẽtanea vicissitudo seruiendũ testak. Videte ergo si aliquid esse possit: cui pater ⁊ fili⁹ possit cõpari: q⁹ talis est fili⁹ q̃lis ⁊ pater. Nõ em̃ ipse cũ patre vnũ se diceret: nisi talẽ se de patre qualis est p̃sciret. Ratio quidez q̃ apud grecos logos nũcupak: inter patrẽ vel filiũ psonas vel vocabula distinguit q⁹ ⁊ ipse fili⁹ ratio dicit: que tm̃ ratio multis noĩbus appellak mõ verbũ: mõ virtus: mõ sapiẽtia: mõ dextera: mõ brachiuz mõ margarita: mõ thesaur⁹: mõ rhetia: mõ aratruz: mõ fons mõ petra: mõ lapis angularis: mõ homo: mõ agnus: mõ vitulus: mõ aquila: modo leo: mõ via: mõ veritas ⁊ vita: cũ sit de⁹ oĩa in oĩb⁹: vt p hec vocabula diuinaz dispositionum mysteria cognoscank: nõ vt ipa maiestas filij dei ꝓprie diffinita mõstret. Hoc em̃ fili⁹ dei q̃ pater est nõ aliud: id est p quem oĩa facta sũt. Mã ⁊ hoc verbũ nũcupak: q⁹ sp in p̃re: ⁊ de p̃re: ⁊ nihil pak sine eo iussit aut fecit. Virt⁹ dicit: q⁹ ꝓprie de deo est ⁊ oĩs potestas in ipo ꝓsistit. Sapiẽtia appellak: q⁹ nõ aliũ de cẽ de p̃veniẽs credẽtibus arcana celestia reuelauit. Dextera nũcupak: q⁹ eũ oĩa diuina opa pfecta sunt. Brachiuz dicit: q⁹ ab ipso oĩa ꝓtinent. Margarita appellak: vt nihil eo p̃ciosi⁹ habeak. Thesaur⁹ vr: q⁹ in ipo oẽs opes: diuitie celestiũ regnorũ recondite cognoscunk. Rhetia vr: q⁹ p ipm et in ipso de mari seculi diuersarũ gentiũ multitudo more pisciuz p baptismũ in ecclesia ꝓgregak: vbi bonorũ malorũq̃ discrimen agnoscit. Aratrũ nuncupak: q⁹ signo crucis ei⁹ dura pectora subiugank vt necessario semini ꝓparent. Fons aque viue appellak: q⁹ ex eo fidelia corda celestis aque gr̃a irrigant. Petra dicit: q⁹ credẽtib⁹ fortitudinẽ: incredulis duriciã p̃stat. Lapis angularis dicit: q⁹ vtroq̃ parietes nouit⁹ veter⁹ testamẽti: ipe vn⁹ ⁊ mediator in semetipso ꝓtinens copulauit. Agnus appellak: vt innocẽtia ⁊ passio xp̃i demõstret. Nõ dicit: q⁹ ẽm carnẽ ꝓpter nos hoĩes nasci dignat⁹ est. Vitul⁹ dicitur: quia ꝓpter nostrã salutez immolari sustinuit. Aquila dicit: q⁹ post venerabilẽ resurrectionẽ ad patr⁹ sui reuoluit sedem. Leo est dict⁹: q⁹ ipse est rex regum: qui mortẽ ac diaboluz virtutis sue potestate cõminuit. Via est: q⁹ per ip̃m ad patrez accessus est. Veritas est: q⁹ mendacũ nescit. Vita est quia dat vitã: Ipse vniuersa significat. Est ergo pater: deus imensus: eternus: incõprehensibilis: inestimabilis. Est ⁊ filius de⁹ ⁊ dñs noster tant⁹ quant⁹ est pater: sed nõ aliunde cẽ de p̃re: q⁹ ego inq̃t de p̃re exiui: ℞ ẽ lumẽ de lumine. Sz nec ex eo occasionẽ aliquã heretic⁹ capiat: cũ duo noĩa vel duas psonas. i. p̃ris ⁊ filij statuo: q̃si duos ex diuersitate ꝓfingã: nos

pfez filiū ita noiam: vt vnū deū in his psonis z in oib assignem. Porro pater z filius si due psone credunt ratione tamē z substātia vnū sunt: qz inequalitū societas meliozis offensa est: z iniuria est eius qui ver est deus si nō ver alius comparet. Deū em qui iuste cōpat: violat. Cū aūt ego patrē et filiū statuo: vnitatē generis assigno: z si illā in psonis diuido: discretionē tamen personarū rursum eadez nomina in vnitatis sui naturalis federis lege consigno.

¶ In eodez festo: De sancta Trinitate cōtra arrianos: Dicitqz orandū esse pro ecclesia vniuersali propter duo. Sermo. iij.

Ser. crcj. A Multa quidē z frequēter ausi sunt arriani heretici aduersus seruos dei qui fidē rectaz z catholicā custodiūt p adulterinā doctrinā assererent ortodoxos pequi tētauerūt. Intantū aūt nunc exurrexerunt cōtra fidem: ita vt multos ex nobis polluerint z aures nras cōmouerint vt aias laniarēt. Scelerate aūt heresis sue perfidiā tegūt: sed nō diuti bic vel facere pmissum est. Est em gubernator ecclīarū suaz dīs: qui pro oibus nobis mortē suscipiuit. Et ideo indeficiēs nobis est oratio dilectissimi fratres Primo: vt sancta dñi z catholica ecclīa dispēsationib omi-
Ephe. iiij. bus z heresib carens: vnitatē spūs in vīculo charitatis vbiqz cōseruet: quā p fidē rectam z vitā imaculatā tenere: amplecti seruare: custodire oīb inuocātib dñm: est quidē iustū preci pue episcopis q ecclesijs psunt. Scōa: vt eccle regula sctāqz patruz traditio atqz iudicia in ppetuum firma solidaqz pma-
B neāt. Est aūt patrū nostroz fides hec: Credim in deū patrē oīpotentē: cunctoz visibiliū z inuisibiliū conditorē. Credimus z in dñm iesuz xpm: per quē creata sunt oīa: verū deum vnigenitū: verū dei filiū: nō factū aut adoptiuum sz genitū: vnius cū patre substātie: qd greci dicunt homousion: atqz ita p oīa equalē deo patri: vt nec tpe: nec gradu: nec potestate eē possit inferior. Tantūqz esse pfitemur illū q est genit: quāt est ille qui genuit. Nō aūt qz dicim genitū a patre filium: diuinez ineffabili gnationi aliquod tps ascribim: sed nec patrē dicim aliqn cepisse nec filiū. Nō em possum aliter cōfiteri eternū patrē: misi cōfiteamur etiā z filiū coeternū. Ex fi-
C lio pater dicit z qui sp pater fuit: semp filiū habuit. Credim z in spm sanctū deū verū ex patre pcedentē: equalē p oīa pri z filio: natura: volūtate: potestate: eternitate: substātia. Nec est prorsus aliquis in trinitate grad: nihil qd inferi supiusqz dici possit. Ideo tota deitas sua pfectione eqlis est: vt exceptis vocabulis q ppietatē psonaz indicāt: quicqd de vna psona dicit: de trib dignissime possit itelligi. Atqz vt cōfutātes Arriū: vnam eandēqz dicim trinitatis substantiā esse: z vnū in trib psonis fatemur deū: Ita impietatē sabellij declinantes: tres psonas exp̄sas sui ppietate distinguimus: nō tpm sibi patrē: tpm filiū: tpm spm sanctū esse dicētes: sed aliā patris: aliā filij: aliā spūs sancti esse psonā. Nō em noia tm̄modo: sz etiā noim ppietates: id est psonas pfitemur. Nec pater filij aut spūs sancti psonaz aliqn excludit: nec rursus filius aut spūs sanct patrī nomē psonāqz recipit: sz pater semp pat: fili semp fili: spūs sanct semp sanct: itaqz substātia vnū sūt
D psona ac noib distinguunt. Ipm aūt dei filiū: qui absqz initio cū patre z spūs sancto est: dicim in fine seculoz pfectū natura re hoiem suscepisse ex maria semp virgine: z verbū carnē esse factū: sz assumēdo hoiem nō pmutādo deitatē. Nec vt q dam sceleratissimi opinant spm sanctū dicim p semine fuisse: sz potētia z virtute creatoris operatū. Sic aūt pfitemur in christo vnā filij esse psonā vt discam duas atqz integras esse substātias: deitatis scilicet z humanitatis que ex anima pstat z corpe: atqz vt cōdēnem fotinū: qui solū z nudū hoiem cōfitet in xpo: ita anathematiz am apollinarez et ei simules: qui dicūt dei filiū minus aliqd de humana suscepisse natura: z vt in carne vel in aīa vel in sensu assumptū hoiem his ppter qs assumpt est fuisse dissimilez: quō absqz sola pcti macula q naturalis nō est: nobis cōfitemur fuisse cōformē. Illoz quoqz execramur simliter blasphemiā: qui nouo sensu asserere conant: a tpe accepte carnis oīa q erant diuinitatis in hoie demigrasse: z rursuz q humanitatis erant in deū essetransfusa: vt qō nulla vnqz heresis ausa est dicere: vincat hac cōfusiōe vtraqz exinanita esse substātia: z deitatis scz z humanitatis: z amisso ppio statu in aliud esse mutata: vt qui tam deū pfectū in filio qz hoiem cōfitemur: nec deū vere nec hoiem temere credam. Nos aūt ita dicim susceptū a dei filio hoiem: vt de: tñ impassibilis pmaneret. Passus est eteni dei filius nō putative sed vere oīa q scriptura testat: id est esuriez: sitim: lassitudinē: dolorē: mortē: z cetera huiusmōi: sed fm illud passus ē qō pati poterat: nō fm illā substātiā que assumpsit: sed fm illam q assumpta est. Ipse em dei filius fm deitatē suā impassibilis est vt pater: incorruptibilis vt pater. Et cuius ppria psona filij: id est dei verbū suscepit passibilē hoiem: tñ ei in habitatiōe fm suā substantiā deitas verbi nihil passa est vtrotata trinitas quā impassibilē esse necesse est. Mortuus ergo ē dei filius eadē natura carnis in qua nat est z passus: in qua z resurrexit. Nō em exinanita est humanitas substātia: sed glorificata in eternū cū deitate māsura. Venturus est ad iudicandos viuos z mortuos: vt z iustos remuneret z puniat pctores. Resurrectionē carnis ita credim: vt dicam nos in eadem in qua nūc sum veritate mēbroz esse reparādos: qualesqz semel post resurrectionē fuerim effecti: in ppetuum māsuros. Vnā esse sanctoz vitā oīm: sed premia pro labore diuersa: z econtrario pro modo delictoz pctoz qz esse supplicia. Baptisma vnū tenem: qō ijsdem sacramenti verbis infantibus quibusue etiā maioz dicim esse celebrandū: hoiez si post baptismū lapsus fuerit: primo p reconciliationē: deinde p penitentiā credim posse saluari. Nouū z vet testamentū recipim in illo librorum numero quem sancte ecclesie catholice tradit auctoritas. Alias a deo dari credim: quas ab ipo factas dicim: anathematizātes eos qui aīam quasi partē dei diuine dicūt esse substātie. Eoz quoqz pdēnam errorē: qui eas ante peccasse vel in celo cōuersatas esse dicunt qz in corpora mitterent. Execramur etiā blasphemiā eoz qui dicūt: ipos sibile aliqd hoia deo esse pceptū: z mādata dei nō a singulis sed ab oibus in cmune posse seruari: vel qui primas nuptias cū manicheo: vel secūdas cū cathaphrygis damnāt. Anathematizam etiā illos qui dei filiuz necessitate carnis mentitū esse dicunt: z tunc ppter assumptū hoiez nō oīa facere potuisse que voluit. Iouiniani qz dānamus errorē: qui dicit nullaz in futuro meritoz distantiā: Nos qz eas habituros esse virtutes quas hic habere neglexim: Liberū sic confitemur arbitriū: vt dicam nos dei semp indigere auxilio: z tam illos errare qui cum manicheo dicūt hoiem pctm vitare nō posse qz illos qui cum iouiniano asserunt hoiem nō posse peccare. Vterqz em tollit arbitrij libertatē. Nos vero dicim hominē semp z peccare z nō peccare posse: vt nos liberi confiteamur esse arbitrij. Hec est fides dilectissimi fratres quā in catholica didicim ecclesia: quāqz semp tenuim z tenem: quā credimus z a nobis deinceps posse teneri.

¶ In eodem festo: De symbolo ac deitate z omnipotentia patris. Sermo. iiij.

Ostendim fratres dilectissimi vt vestra certe dilectio recordat: deū in quo vos credere pmisistis: z credit sez veruz esse deū: ita etiā verū patrē: hunc vo eundē etiā omipotentē. Hic em ordo symboli mōstrat esse. Nam licet hoc ipso qz ver deus esse probat: sine dubio omnipotēs intelligat: tamē magis hoc fidei proficit: sicut scripturis sanctis omipotentia ei asserit. Magna em credētib oritur confidentia: cū agnoscūt illū oīa posse quez credunt. Oipotentē ergo dīm ac deū nrm ipsa eius in primis opa testant q fecit hūc mundū totū de nihilo: z tota q magna est pulchritudine tanqz speciosas rerū formas: z nulla materia extāte pposuit. De ipso em dicit scriptura diuina: In principio fecit de celū z terrā. Et rursus: Omnipotēs est mare z ipe fecit illud. Quis ergo neget omipotentē esse quē tam clara cognoscit opatuz? Sed multomagis eū esse omipotentē fatebitur: cū hec ipsa qz facile operat si agnouerit: Propheta loqtur in psalmo: Ipe dixit z facta sūt ipe mādauit z creata sunt Absqz vllo labore: absqz difficultate aliqz bores pdidit: qc- et. cxlviij. qd ratio humana mirat nō labore de sz iussione reformauit. Impio ei exstiterūt oīa: q ante nō fuerāt cū ex nihilo tāta pcedunt: oipotentē loquunt auctorez. Neqz vo a deo ista sola creata sūt q videm: sz maiores potētie diuine diuitias iussibilia ei opa testant. Si quidē ab ipo create sūt oēs angelice potestates: que cuius non videant a nobis: tñ vt ex scripturis diuinis agnoscim: deo militant z ipsi seruiūt: throni: dñatio

Ser. cxcij. A

B

C

D

E

F

Pſ.ciij. nes ac virtutes oēs ꝛ spiritales substantie potestates. Qui facit angelos suos spiritꝰ ꝛ ministros suos ignem vrentem. Vñ
Danie.vij. vrentē tanti regis exercituꝫ ꝓpheta describens: Milia inq̄t
miliū ministrabāt ei: ꝛ decies milies cētena milia assistebāt
C ei. Certe si breuiter agnouerit̄is ex creatione ista visibiliū et
inuisibiliū oīpotentiā dei: nūc ꝛ eandē eius virtutē ex admi
nistratione cognoscite. Cū em̄ toto sub noe peccāte mūdo di=
Geñ.vij. luuiū induxit: cū sodomā ꝛ gomorrā pluuia ignis exurit: cuꝫ
Geñ.xix. populo suo de egyptiorū seruitute liberato siccā in mari pre=
Exo.xiiij. bet viā: quid aliud q̄s de oīpotentē testak: ꝛ seip̄m qui mare fe
cit: qui illud etiā siccauit ex a parte qua voluit? Cū vero ip̄z
populū per quadragīta annos in solitudīe cibauit: id est mā
Exo.xvj. na: ineffabilē virtutē sue diuinitatis asseruit: vt oſtēderet q̄
Deuk.viij. non in solo pane viuit homo: ſz in omni v̄bo q̄ꝫ ꝓcedit de ore
dei. Et vt innumeras virtutes de pauca cōmemorando pre
tream: oſtēdit etiā nūc oīpotentiā suā de?: cū filiū suuꝫ quē
Act.ij. fm hominē mori voluit: pro salute nostra solutis inferni legi
bus a mortuis suscitauit: vt in xpo oſtēderet se esse a quo mor
tales hoies sunt creati: qui etiā imortalē fecit ex mortuo. Ad
ip̄si? omnipotentie virtutē pertinet vt istum mundū quē ali=
esa.xxxiiij q̄n fecit ex nihilo: in fine seculoꝝ dissoluat. Vnde ꝓpheta:
Matth. Celū inquit plicabit? reuolutū vt liber: ꝛ oīa sydera cadent vt
xxiiij. folia de vite: ꝛ sicut folia cadent de ficu. Et saluator in euāge
lio: Celū ꝛ terra trāsibūt: verba aūt mea nō transibūt. Ea
Pſ.lxj. dē oīpotentia oēs hoies qui sunt mortui: quiq̄ morient in fi
nē: ad dīe iudicij suscitabit: vt ꝓpheta dicit: Reddet vnicui
q̄ iuxta opa sua. Et alios quidē in celorū regno cōsortio co
pulabit angelorū: alios vero in gehēne supplicio diabolo iū
D get. In hūc credētes deū dilectissimi fratres: omnipotentē:
iustū: se uerū: ꝛ his tū benignū qui hic seueritatē eius timen
do pctā vitauerūt. In hūc inquā credētes deū: cum oī timo
Phil.ij. re ꝛ tremore (vt ait ap̄l's) vestrā salutē opamini: ꝛ ab oīni pec
cato: ꝛ ab oīb⁹ crimnib⁹ ꝛ vitijs recedētes: ad sola opa iu
Job.xij. sticie festinate: ambulātes sicut saluator ait: in luce dū habe
tis lucē ne tenebre vos cōprehendāt. Cauete a malorū cōsor
tijs atq̄ colloquijs: ꝛ ad sola verba dei audienda fidelīū ꝑpa
rek auditus: ꝛ ad res sanctas solas loquēdas lectoruꝫ lingua
moueak: vt auditū bonū ꝛ sermonē bonū bona opa subsequā
tur. Quod dñs noster iesus xp̄s in nobis fm bone volūtatis
studiū perficere dignek: Cui est honor et gloria cum patre ꝛ
sancto spiritu in secula seculorum: Amen.

¶ In eodez festo: De domino Jesu christo q̄ ab initio sit cuꝫ patre fm deitatē qui fm hominē nobis a certo initio natus est ex virgine. Sermo. v.

Sermo cxciij. A
Luce.ij.

Dilectissimi fratres dilectissimi de deo patre in quem
credimus locuti sum?: vt q̄ ipse sit ver? deus: q̄ ve
rus pater: q̄ oīpotens diuinarū scripturarū aucto
ritate monstrak. Nūc vero iuxta ordinem symboli
transim? ad filiū. Posteaq̄ dixerimus in symbolo: Credo in
deū patrē oīpotentē. Sequit: Et in iesum xp̄z filiū ei?: Qui
nat? est ex maria virgine ꝓcept? de spūsancto. Hic iā sollici
tus auditor attēdat: vt sciat vnā filij dei eandēq̄ p̄sonā iuxta
suscepti hoīs veritatē. Hic em̄ cū dicim? credere nos in xp̄m
filiū dei: qui nat? est ex maria virgine: nō eo modo dicim? vt
in hoīem tm̄ verū nos fidem habere fateamur: sed in deū ve
rum qui suscepit hoīem verū. Vn? em̄ ꝛ idē est dñs noster ie=
sus xp̄s: qui ꝛ verbū dei est: ꝛ sine initio genit? est ex patre: ꝛ
hō ver? in fine seculoꝝ nat? ex virgine. Hemina em̄ in hoc lo
co hereses ꝓtrarijs nos nitik impugnare sentētijs. Inde apo
linaris: hic arrius qui sic in xp̄o hominē perfectū suscipit: vt
deū illū neget esse perfectū: duz ip̄m dei verbū principio ip̄i
conak includere: ꝛ eū nō creatorē sed creaturaꝫ fatek. Apolli
naris vero ita dei filiū ecōtrario perfectū credit esse deum vt
et verum hoīem timeat copulare: dum metuit ne suscipientis
dignitatē suscepti hoīs obfuscet infirmitas. Nos aūt catho
lici cōtra vtrūq̄ diuinaꝫ scripturarū auctoritate muniti: ad
uersus arrium verā ꝛ pfectā verbi diuinitatē: aduersus apol
linarē perfectā hoīs in xp̄o defendimus veritatem. Itaq̄ si
cut contra arriū supiore tractatu pfectionem deitatis in xp̄o
asseruim?: ita nunc cōtra apollinarē perfectuꝫ hoīem cōpro
babimus. Unde lucidissima ꝓ nobis est ap̄l'i auctoritas di
Gal.iiij. cētis. Misit de? filiū suū factū ex muliere. In primis dicen=
B do factū: distinguit humanā a verbi diuinitate substantiam
Johan.j. Factū em̄ vel creatū dei verbū dici oīno non potest: q̄ q̄ oīa
facta sunt: sicut beat? iohannes ait: Oīa per ip̄m facta sunt: ꝛ
sine ipso factū est nihil. Misit inquit deus filiū suū factuꝫ ex
Gal.iiij. muliere. Cū ergo dicit factū ostēdit se hic non de diuinitate
tractare. Cū aūt addidit: ex muliere: substātiam veri homis
exp̄ssit: vt hec sit natura facti hoīs: que fuit ip̄si? vnde fact?
est: id est vt ea credak esse natura xp̄i: qui est fact? ex virgine:
que fuit natura virginis ex q̄ xp̄s format? ꝛ nat? est. Inde est
Roma.j. q̄ alibi idē ap̄l's de dei filio dicit: Qui fact? est ei ex semine
dauid fm carnē. Mā ꝛ si nō intercessit semen hoīs in ꝓceptio
ne virginis: tamē quia ex carne christus formatus est que cō
stat ex semine dicitur factus ex semine. Quēadmodum ergo
fm diuinitatē vna est patris ꝛ filij natura: ita etiam iuxta hu
manitatē eadē est matris ꝛ filij: id est marie xp̄iq̄ natura: ex
vtraq̄ substātia ꝛ diuinitatis ꝛ humanitatis vn? atq̄ idē est
Roma.ix. dei fili? dñs noster iesus xp̄s: vt de? verus: ita etiā hō verus
j.Timo.ij. attestāte ap̄lo atq̄ dicente: ex quib⁹ xp̄s fm carnē: qui est su
per oīa deus benedict? in secula. Et alibi: Unus est em̄ de?:
vnus est mediator dei ꝛ hoīm: homo xp̄s iesus: Unum ergo
atq̄ eundē dñm nostrū iesum xp̄m: cū ex alijs: tū ex his apo
stolicis sentētijs ꝛ deū verū ꝓbauim? ꝛ hoīem. Qui cum
C essentiā equalē impassibilē ꝛ imortalē cū patre possideat: p
pter nostrā tū salutē passibilē atq̄ mortalem suscepit hoīem:
nō vt pmutarek in humanitē diuinitas: ſz vt diuinitati so
ciarek humanitas. Scōm ergo huius hoīs veritatē: dei fili? ad
redemptionē nostrā nat? est ex v̄gine: ꝓceptus de spūsancto.
Luce.j. Sic em̄ ad mariā in euāgelio angel? loquit: Spūssanct? sup
ueniet in te ꝛ virt? altissimi obumbrabit tibi: ꝛ propterea q̄
nascek ex te sanctū vocabit? filius dei. Et mirabilē natiuitatē
Esa.vij. olim Esaias ꝓpheta ꝓdixit. Ipse inq̄t dñs dabit vobis si
gnū: Ecce virgo in vtero ꝓcipiet ꝛ pariet filiū: ꝛ vocabit? no
mē ei? emanuel: Q̄ interp̄tat? ab euāgelista: Mobiscū deus.
Matth.j. Mā hoc quoq; ex effectu rerum dñs noster iesus xp̄s nomen
acceptat: qui assumpto nature nr̄e hoīe nobiscū esse dignat?
est: qui p̄ nobis fect? oīa: passus est oīa: esurie: sitim: lassitu
dinē: fletum: dolorē: ad extremū etiā mortē: qui a pontio pi=
Matth. lato p̄side flagellat? atq̄ crucifix?: mortu? est ꝛ sepult?. Cō
xxvij. dēnat? est em̄ iust? p̄ iniustis: ꝛ penā q̄ pctōrib⁹ debebak si
ne pctō ip̄e suscepit: vt illorū p̄ quibus punit? est ꝛ penā au
ferret ꝛ pctā deleret. Mortu? est morte ꝓbrent ac ꝑpalu: ne nos
D morte subirem? eternā. Sz vsq̄ ad hanc rerū sertē in xp̄o na=
ture humane infirmitas itelligak: Mā qui fuit passibilis vsq̄
ad mortē: ic̄ corruptiōis gl'iam ip̄e mort? imperium accepit.
Si quidē hoc tā in carne xp̄i ꝓcīū q̄ iuxta dauid ꝓphetiā
caro exanimis ꝛ vsq̄ ad tertiū dīē sepulta: tū incorrupta per
manſit. Sic em̄ ex p̄sona xp̄i legim? in psalmo dicētis ad pa
Pſ.xv. trē: Q̄m nō derelinques in inferno aīam meā: nec dabis sctm̄
Act.ij. tuū videre corruptionē. Vñ ꝛ beat? petrus: Iesum inq̄t na=
zarenū virū ap̄probatū a deo in vobis: in v̄rtutib⁹: ꝓdigijs ꝛ
signis q̄ illū fecit de? in medio vestri sicut vos scit?: hūc de
finito ꝓsilio ꝛ p̄sciētia dei traditū in manꝰ iniquorū affigen=
tes iteremistis. Quē de? suscitauit solut? doloribꝰ inferni: iu
xta q̄ impossibile erat teneri illū ab illo. Mortuus est iesus
xp̄s p̄ nobis: ꝛ die tertio resurrexit. Mā si mors q̄s ei? ꝓ no
bis facta est: quāto magꝭ ei? vita ꝓ nobis est? Qui post resur
Matth. rectionē accepta a patre oīpt̄ate: discip̄los ꝓsolat ꝛ dicit: Ec
xxviij. ce data est mihi oīs potestas in celo ꝛ in terra. Et alibi: Eun
Marc.xvj tes inq̄t in mundū vniuersuꝫ: ꝓdicate euāgelīū omni creatu
re: Qui crediderit ꝛ baptizat? fuerit salu? erit: q̄ v̄o nō credi=
E derit ꝓdēnabit. Post hec p q̄draginta dies inter discipulos
esse dignat? est: ꝛ imortalis: mortaliū tū nō est aspernat? habe
re ꝓsortiū: Utiq̄ vt docēdo ap̄los: fide ꝛ veritate cōpleret: q̄
Act.j. ad nos illoꝝ q̄s testimonio puenirēt. Cōfirmat? vero discipu
lis: eleuat? est in celū: ꝛ tā de pctis q̄m etiā de morte ad patrez
Mar.xvj. victor ascēdit: q̄ manifeste in euāgelio legim?: Et dñs qui=
dē iesus postq̄ locut? est eis: ascēdit in celuꝫ: ꝛ sedet a dexte=
ris dei. Quo sermone nō humana in deo mēbra significank:
ſz honor quo xp̄m p̄ suscepit exp̄mik. Q̄ñ illū descensuꝫ esse
credim? ad viuoꝝ mortuoſq̄ iudiciū: nō in ifirmitate quā
habuit: ſz i sublimitate quā possidet. Qui em̄ in ifirmitate ve
nit vt redimeret: in p̄tate vēturꝰ est vt iudicet. Sic em̄ legim?
Act.j. in actibus ap̄lorum: Cūq̄ intuerenk in celum euntem illum:
ecce duo viri astiterūt iuxta illos in vestib⁹ albis: quiꝛ dixe
runt: Viri galilei quid statis aspicientes in celū: hic iesus q̄

habes: sit ille q̄rt⁹. Nihil hoꝝ vis? Ecce quō diligis primū tuū quē tibi facis sociū ad istā pditionē. Quid tibi dicturus sū. Diliges primū? Quid illi in aures i susurrabis hō dare: nisi fili aut frat aut pr̄: bonū est nobis vt cū hic viuim⁹: bñ sit nobis? Quātū habebis: tant⁹ eris. Frāge lunā: fac fortunā? Ista i susurrabis, prio tuo: q̄ nō didicisti in domo disciplineO nec audisti. Nolo sic diligas primū tuū. Si possem facere: Ca.xliij. vt nulli iūgerer. Corrūpūt enī⁹ mores bonos colloq̄a mala. j.Cor.xv. Sz nō possū. Nō possuz facere vt nulli iūgaris: cui mala ista q̄ nō vis dediscere i susurres: t nō solū nolis dedoceri: sz affectas etiā docere. Nolo: imo volo sz nō possuz te diuīūgere ab aurib⁹ alioꝝ. Alios admoneā: ad q̄ꝝ aures ambis: q̄ꝝ aures penetrare molir⁹: ad q̄rū corda paures itrare disponis. Oq̄ accipis ꝓbūsanū in domo discipline: sepi aures tuas spinis. Ecclī. Corrūpūt mores bonos colloq̄a mala. Sepi aures tuas spi- xxviij. nis. Sepi t spinis sepi: vt ille q̄ ip̄ortune itrare ausus fuerit: nō solū nō repellak: sz etiā cōpūgak Repelle illū a te: dic: xp̄i- an⁹ es: xp̄ian⁹ sum. Nō accepim⁹ B i domo discipline. Nō B accepim⁹ in illa schola: quā gratis itrauim⁹. Nō b didicim⁹ P sub illo mgr̄o cui⁹ cathedra i celo ē. Holi mihi ista dicer̄: aut Ca.xv. noli ad me accedere. Hoc ē em̄. Sepi aures tuas spinis. Cō uertā me ad illū. Auar⁹ es: pecumā amas. Beat⁹ ēe vis: deū tuū ama. Pecūia te nō facit beatū. Tu eā facis ornatā: nō il la te beatū. Sz q̄ multū amas pecumā: video q̄ pgis q̄ iusse rit cupiditas: Piger pge q̄ iubet charitas. Respice t vide q̄z multū iter sit iter pecumā tuā t deū tuū. Pulchrioꝝ ē iste sol q̄z pecunia tua: t tñ iste sol nō est de⁹ tu⁹. Porro si pulchrioꝝ est lux ista q̄z pecūia tua: quātū est pulchrioꝝ q̄ fecit hāc lucē? An forte cōpare vis pecumā luci? Ecce occidit sol. Ostēde mihi pecumā tuā. Ritet t nocte: subtraho lucernā. Ecce di- ues es: ostēde mihi diuitias tuas. Jā si lumine ꝑueris: tā si nō habeas vñ qō habes videas: vbi sūt diuitie tue? Et sic tñ horrēda pfunditas auaricie nō patet oculis t scatet animis. Q Vidim⁹ t cecos auaros. Dicak mihi vñ auari sunt ceci q̄ nō Ca.xvj. vidēt? Qō habet nō hz: t tñ auar⁹ ē cecus. Quare? Qz credit se hr̄e: auar⁹ est. Fides eū facit diuitē. Credēdo diues ē: nō vidēdo. Quāto meli⁹ cuz fidē cōuertit ad deū. Nō vides qō possides: t deū tibi sic pdico. Rondū vides: ama t videbis. Amas pecumā o cece: quā nunq̄ videbis. Cecus possides / cecus moritur⁹ es / qō possides hic relictur⁹ es. Nō tenebas et q̄ videbas: qz nō videbas qō habebas. De deo q̄d tibi di cik? Ecce b tibi dicit ip̄a sapiētia. Amate illā tanq̄ pecumiā Indignū est: iuriosū ē: vt sapiētia pecunie cōparet: sz amor amori ꝓparak. Q Ca.xvij. Video em̄ hic vos sic amare pecumā vt iubē te amore pecunie labores suscipiat⁹ / ieiunia toleretis / mare trāseatis / vētis et fluctib⁹ vos cōmittatis. Habeo vñ eligā qō ametis: sz nō habeo qō addā ad amorē q̄ amatis. Sic me amate / plus nolo me amari dicit dñs. Jmprobis loq̄r. Auaris loquor. Pecumiā diligitis / tñ me diligite. Certe melioꝝ sum incōpabiliter. Holo a vobis ampliorē amorē. Quātū di ligitis pecumiā: tñ me amate. Erubescam⁹: saltē ꝓfiteamur et pectora tūdam⁹: nō vt sup peccata nr̄a pauimētuz solide- mus. Nā qui tūdit pect⁹ t nō corrigit: solidat pctā t nō tollit. R Tūdam⁹ pect⁹ t cedamus nos: t corrigamur a nobis: ne il- Ca.xvij. le postea nos cedat q̄ magister ē. Dixim⁹ em̄ iā q̄d hic discak quare discak? Quare isti i schola: t vapulasti t a parēt⁹ pu ctus: t fugitās q̄situs t inuēt⁹ attract⁹ es: t adduct⁹ exr̄esus es? Quare vapulasti / q̄re tāta mala i puericia pertulisti? Ut discerem. Quid discerem? Litteras. Quare? Ut haberek pe cuma / aut vt cōparek honor: t tenerek sublimitas dignitat⁹. Vide q: peritur⁹ es, ꝓpter peritura rē. Peritura rem cū tā to labore didicisti in tantis penis: t amabat te q̄ te ad penas trahebat. Ipse q̄ te amabat: ipse te ad penas trahebat vt va pularet / amando faciebat vt discerem. Quid? Lr̄as. Bone sūt littere. Noui. Dictur⁹ es mihi. Quare t vos ep̄i lr̄as non legistis? Quare nō diuinas scripturas i ipsa lr̄atura tracta- stis? Jta vero sed nō ad b didicim⁹ lr̄as. Nō em̄ parētes nr̄i q̄ nos i scholā mittebāt: b nob dicebāt. Discite lr̄as vt habe atis vñ legere possit⁹ codices dñicos. Hec ipsi xp̄iani filijs suis b dicūt. Sed q̄d: Discite lr̄as. Quare? Ut sis hō. Quid eniz? Nō pecus sum? Qō dico vt sis hō: hoc ē vt sis eminēs inter hoies. Vñ t illud ꝓuerbiū. Quātū habebis / tāt⁹ eris / vt habeas quātū ceteri / aut quantū pauci / aut pluſq̄ ceteri / aut pluſq̄ pauci / habeas ide honorē: habeas ide dignitatē.

Et vbi erūt ista oīa cū mors venerit? Quō stimulāt: quō me- S tus iste iterpellat? Quō nomē ipsum a me cōmemoratū om- Ca.xviij. nū corda percussit? Quō timorez vestrū teste gemitu decla- mastis? Audiui: audiui: gemuistis: mortē timet⁹. Si timet⁹ quare nō cauetis? Mortē timetis. Quid timetis? Q Ētura ē. Timeā an non timeā / venire habet. Sero an cito vētura est. Si timeas: nō efficies: vt nō sit qō times. Illud poti⁹ time: qō si nolis non erit. Quid? Peccare. Peccare time: quia si amaueris peccata: in altā mortez irrues: quo posses nō veni re si nō amares pctā. Modo autē ꝓuersus: plus amas mortē T q̄ vitā. Absit inq̄s. Quis ē hominū q̄ plus amet mortē q̄ vi- Ca.xix. tam? Forte cōuinco te q: plus amas mortē q̄ vitā. Ecce vñ te cōuinco. Amas tunicā tuā / bonā eam vis. Amas villā tuā: bonā eā vis. Amas filiū tuū / bonū eū vis. Amas amicū tuū: bonū eū vis. Amas domū tuaz: bonā eā vis. Quid est q̄ etiā bona vis hr̄e mortē? Quotidie em̄ rogas vt q̄m mors vētura est: bonā mortez tibi det de⁹: t dicis. De⁹ auertat a me malā mortē. Plus ergo amas mortē tuā q̄ vitaz tuā. Mori male times: et male viuere non times. Corrige male viuere / time male mori. Sed noli timere: nō pōt male mori: q̄ bñ vixerit. Prorsus cōfirmo. Audeo dicere. Credidi ꝓpter qō locut⁹ V sum. Nō potest male mori: q̄ bñ vixerit. Jā tu dicis tibi. Nō Ca.xx. multi iusti naufragio perierūt? Certe nō pōt male mori: qui bñ vixerit. Nō multos iustos gladi⁹ peremit hostilis? Certe nō pōt male mori: q̄ bñ vixerit. Nō multos iustos latrones oc cidērūt. Nō multos iustos bestie laniauerūt? Certe non pōt male mori: q̄ bñ vixerit. Et ego respōdeo. Hec em̄ tibi videk mala mors: naufragio perire: gladio pcuti: a bestijs lamari: mors mala tibi esse videk. Nōne has mortes martyres subie runt: quoꝝ natalicia celebram⁹? Qō gen⁹ mortis nō subie- runt? Et tñ si xp̄iani sum⁹: si in domo discipline nos esse me minim⁹: vl̄ cū hic sum⁹: vl̄ cū hic audim⁹ / si exēuites hic nō obliuiscimur: si meminim⁹ q̄d hic audimus / nōne martyres beatificamus? Quere mortes martyrū. Oculos carnis iter- roga: male mori ui sūt. Oculos fidei iterroga. Preciosa ē in Pſ.cxv. cōspectu dñi mors sanctoꝝ ei⁹. Quicq̄d ergo ē qō exhorres in morte / oīno nō exhorreas si eos imitaris. Jd age vt bonā vitā habeas: t quecunq̄ occasio fuerit vt exeas de h corpe: X exis ad requiē: exis ad beatitudinē q̄ nō habet timorē nec fi- Ca.xxj. nem. Nā quasi bona mors diuitis in purpura t byſſo: sz ma- Luce.xvj. la mors si tiētis t iter tormēta guttā aque desiderātis. Qua si mala mors iacētis paupis ante ianuā diuit⁹ / iter linguas canū in fame t siti / micas de mēsa desiderātis. Mala mors: auersāda mors: finē respice: xp̄ian⁹ es: fidei oculū itēde. Cō tigit mori nopē illū: t deferri ab angelis i sinū abrae. Quid proderat diuiti sepulchrum marmoreū: sitiēti apud inferos? Quid oberāt paupi pāni cū fame vlcer̄ ei⁹: reḋescēti in sinu abrae? Lōge vidit eū reḋescentē: quē ꝓtēpserat iacētē. Nō eligemortē. Dic mihi q̄s bñ moriu⁹ ē: q̄s male? Puto q: me lius ille paup q̄ ille dives. Anvis aromatib⁹ sepeliri: t ad in feros sitire? Respōdes. Absit a me. Puto q̄ hoc eligeres. Di- Y ces q̄ bñ mori: si didicer̄is bñ viuere. Merces em̄ bone vite Ca.xxij. ekna ē. Qui discūt xp̄iani sūt. Qui audiūt et nō discūt: q̄d ad Mat.xiij. seminātē? Seminā⁹ manū nō terret via / nō terrēt lapides / nō terrēt spine. Jactat ille qō suū ē. Qui timuerit ne cadat in terrā malā nō pueīt ad terrā bonā. Et nos dicim⁹: spargim⁹ semina / iactam⁹ semina. Sunt q̄ contēnūt: sūt q̄ rep̄rehēdūt: sunt q̄ irridēt. Ipsos si nos timuerim⁹: nihil habemus semi- nare: t i messe habem⁹ esurire. Ergo veniat semē ad terrā bo nā. Scio q: q̄ audit bñ audit: deficit t pficit. Deficit iniqta ti: pficit virtati. Deficit seculo: pficit deo. Quis ē eniz mgr̄ q̄ ij.Cor.xiij docet? Nō discūs hō: sz apl̄s. Plane apl̄s: t tñ nō apl̄s. An vult⁹ inq̄t experimētū ei⁹ accipe q̄ in me loq̄tur xp̄s? Xp̄s est q̄ docet: cathedrā in celo hz vt pauloante dixi. Schola ipsi⁹ in terra ē: t schola ihū cor⁹ ipsi⁹ ē. Caput docet mēbra sua: lin gua loquit pedib⁹ suis. Xp̄s ē q̄ docet. Audiam⁹ / timeam⁹ / Z faciam⁹. Et ne ꝓtēnas ipm̄ christuz: q: ꝓpter te i carne nat⁹ Ca.xxiij. est: pānis mortalitatis circūdatus. Propter te cursuit t si- Mat.iiij. tuit. Propter te lassat⁹ ad puteū sedit. Propter te fatigat⁹ Joh.iiij. in naui dormiuit. Propter te cōtumelias īdignas audiuit. Mat.viij. Propter te a facie sua sputa hominū nō abegit. Propter te Joh.vij. alapas in facie suā accepit. Propt̄ te in ligno pependit. Pro et r. pter te aiam effudit. Propter te in sepulchro posit⁹ est. Hec Mat.xxvj oīa forte contēnis in xp̄o. Vis nosse quis sit? Recole euāge et.xxvij.

Joh.x. lium qđ audisti. Ego t pater vnū sum⁹. Nos cōuersi ad deū p̄cepta ei⁹ custodiam⁹: vt eterna p̄mia ab ipsa p̄cipiam⁹: p̄stante eodē dño nr̄o iesu xp̄o qui cū patre t spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Dñica vicesima p̄ma. De tribus pueris missis in fornacem ignis. Sermo. j.

Sermo. ccxl. A Dan.iij. Nabet tyrann⁹ fornacē incēdi: et quantū ipse igne furoris ardebat: tanto sanctiores pueros cōsumabat. Nūc vndātis fumi densitate celū cōtegit: nunc horrifico sonitu chaldei cūcti terrent: vt magnitudo diuine seueritatis p̄ supplicia mōstraret. Seuiebat violentus inimicus supplicū suis famulis ḡsiturus. Seuiebat nō vt iustos trucidaret: sed vt suis interitū p̄curaret. Seuiebat nō vt crescerēt penar augmēta: sed vt cūctis mōstraretur diuina potestas: vt dū impijs supplicijs gloriantur: flāmarū impetu vorarent. Seuiebāt sceleratī chaldei supplicijs p̄sentib⁹ perituri: t futuror ignari ministri iussa accelerant: parāt incēdia: flāmas exaggerāt. Crudelitas ei⁹ possidet mentē. seuitia immutat volūtatē. In fornacē missi sunt sancti / fugiūt flāme / cedunt ignes / incēdia expauescūt. Timent ignes ledere: quos fuerant iussi incolumes reseruare.

B Dan.iij. Ostendūt iusti oz meritum dū tyranni contēnunt imperiū. Licet sanctis cū igne iocari: quib⁹ cum hoibus nō licuit cōmorari. Licuit in fornace deū venerari: quē apud hoīes nō licuit honorari. Licet flāmarū mereri obsequia: qui nō meruerant chaldeor supplicia. Licet ignib⁹ conseruari illesos: ḡs tyrann⁹ dederat exurēdos. Licet in pena esse securos: quos extra penā nō licuit esse itactos: vt vbi interit⁹ ibi salus: vbi supplicia ibi iuenirent refrigeria. Accipe hostī a supplicijs exēplū: q̄ humanitatī p̄didisti cōsiliū. Fugiūt ignes iustos quos iuste dānasti: expauescūt flāme et innocētes p̄nūciāt ḡs dignos supplicio deputas: et q̄ seuire cōsueuerāt: dignos sanctos i fornace cernebāt. Dānāt hostes: et absoluūt ignes. Chaldei adijciūt: t pene defēdūt. Hoīes seuiūt: et supplicia

C venerātur. Tyrān⁹ putabat tm̄ tormēta posse seuire: quātuz ipse sacrilegus existimabat se potestatē hr̄e. Ignes iustis cedūt: ardores flāmar in refrigeriū vertūtur: t iā tuta nature voraces ipetus obliuiscunt: vt iustos venerātes timerent: t eorū hostes persequētes punirēt. Ignes iustos hospitio cū omni honore suscipiūt: et libēter obsequiū p̄bēt. Hostis mutato genere seuit: nec aliqua pietate mouet: nec humanitate blanditur. Posset vincere si ignibus imperaret. Offerunt ergo ignibus iusti vestitu tecti / vinculis colligati / defendūtur ardoribus iusti: et quos vis humana dānauit: ignis absoluit. Nihil cogitat / nihil metuit. Sic nāq̄ crudelitas tyrānica superata p̄sternit: dum sui satellites deuorantur. Cernit penam: et seruorum dei aspicit gloriam. Justis ignes obsequium p̄stant: iniustis interitū subministrant. Dum vin-

D dicat flamma impij necantur et iusti saluantur. Cum ad fornacem tyrānus festinanter accederet: stupet laudē: miratur factuz: veneratur deū cum tribus pueris in fornace. Aspicit iusto diuinoq̄ ambitu p̄tegi: quos nuper iusserat violentus extingui. In illis in fornace videt: quem in illis ante nō esse putaret. Quo viso territus furoz addit lenitatem: fit repente confessor: qui nuper fuerat p̄secutor. Predicat quē paulo ante negabat / venerari p̄cipit: qui venerantes dānauit. Rogat de fornace iustos p̄cedere / precat de igne dei famulos p̄silire. Dan.iij. Exite inq̄t serui dei excelsi. Nūc me defensorē dei p̄fiteor: cuius inimicū fuisse p̄stat: vt cui⁹ seruos ignarus p̄sequebar: ei⁹ inimicos vt defensor vlciscar. Tūc de fornace egrediunt illesi hebrei: letantur incolumes: triūphant victores q̄ deo fideliter seruierūt: t furorem tyrāni contēpserunt.

¶ In eadē dominica. De augurijs. Sermo. ij. In quo dicit christianum nō esse qui maleficos: mathematicos aut sortilegos consulit.

Sermo. ccxlj. A Bene nostis frēs charissimi: me vobis frequētius supplicasse: t paterna sollicitudine cōmonuisse patriter t cōtestatos eē: vt illas sacrilegas paganoz cōsuetudines obseruare minime deberetis. Sed quātū ad me multor relatione p̄uenit: apud aliqs parū p̄fecit admonitio mea: q̄ si vobis egonō dixero: t p me et p vobis malā sum reddit⁹ rationē in die iudicij: et vobiscū mihi erit necesse eterna supplicia sustinere. Ego me apud deum absoluo: dū iterū atq̄ iterū admoneo piter t cōtestor: vt nullus ex vobis caragos vl̄ diuinos vl̄ sortilegos req̄rat: nec de qualibet eos aut cā aut infirmitate iterroget. Mullus sibi p̄cantatores adhibeat: q̄ quicūq̄ fecerit h malū statim p̄bit baptismi sacramētū: t cōtinuo sacrilegus t pagan⁹ efficit: et nisi grādi elemosyna dura t plixa pnīa subuenerit statim in eternū p̄bit. Sil̄r et auguria obseruare nolite: nec in itinere positi aliqs auiculas cantātes attēdite: nec ex illar cātu diabolicas diuinatiōes annūciare p̄sumite. Mullus ex vobis obseruet qua die de domo exeat: q̄ die iterū reuertat: q̄ oēs dies de⁹ fecit: sicut scriptura dicit. Et fact⁹ est p̄im⁹ dies t secūdus dies t tert⁹: sil̄r et quart⁹ t q̄nt⁹ t sext⁹ et sabbatū. Et illud. Fecit de⁹ oia bona valde. Illas vero nōsolū sacrilegas: sed etiā ridiculosas sternutationes p̄siderare t obseruare nolite: sed quotiēs vobis in quacūq̄ pte fuerit necessitas p̄perādi: signate vos in noīe iesu xp̄i: t symbolū vel oro nem dominicā fideliter dicētes: securi de dei adiutorio iter agite. Et quia q̄s supradicta oia sacrilegia deo vobis inspirāte t contēnere vl̄ despicere ceperitis: molestē h acceptur⁹ est diabolus: q̄ vos videt de amicitia vel societate sua discedere: et sacrilegia p̄ que vos decipiebat contēnere: aliqs nequicias vobis facturus: aut infirmitatē aliquā imissurus ē: aut aliqō aīal / aut p morbū / aut p euagationē est ablaturus: quia ad vos p̄bādos p̄mittit h fieri de⁹: t agnoscat vtrū ad ip̄m fideliter venitis: et si toto corde diaboli machinamēta despicitis: t vtrū plus valeat apud vos amor suus q̄s cuiusq̄ aīalis amissio. Sed si semel aut scōo neḡtias ḡs diabol⁹ immiserit cū aīo t tota fide contēpserit: ita ip̄z diabolū postea a vra infestatione de⁹ dignabit repellere: vt nunq̄s vos possit sua calliditate decipe. Hoīes enī negligētes t faciles lāguida desideria et fidē desidē hītes: t iō etiā si incipiāt nō diu perseuerāt in operib⁹ dei: sed vbi se in antedictis sacrilegijs abstinuerūt: t vel vnā nequiciā diaboli ptulerūt statī se penitent ad dūm cōuersos esse: t machinamēta diaboli reliq̄sse: t iterq̄ reuertunt ad obseruationes auguriorq̄ velut canes ad vomitū suū. Vos ho quib⁹ de⁹ t sapiētiā cōtulit t verā fidē dedit: ita cito corde circūuētiones diaboli despicite: et fideliter vos ad deū cōuertite: t q̄cūq̄ diabol⁹ voluit imittere patiēter t fortiter toleret: vt cū beato Job dicere possit. Dñs dedit dñs abstulit: sicut dño placuit ita factū est. Sil̄r t cū apostolo firmo t itegro corde dicatis. Quis nos sepabit a charitate xp̄i? Tribulatio? an persecutio / an angustia / an fames / an nuditas / an gladius / an periculū? Boni enī xp̄iani nec tormētis separant a xp̄o / tepidi ho t negligētes iterdū ociosis fabulis sepant. Et si vl̄ leue dānū ptulerit: otinuo scādalizātur: t cōtra deū murmurare p̄sumūt t ad nefāda t detestāda auguria redeūt. Sed fore dicit aliqs: q̄d faciem⁹ eo q̄ augu-

C ria ipsa t caragi vel diuini frequēter nobis vera annūciant? De hac re scriptura nos cōtestat t monet dicēs. Etiā si q̄ vera vobis dixerint / nolite credere illis. Tēptat enī vos dñs deus vester: vtrū timeatis cū an nō. Sz itez dicis. Aliquotiēs si p̄catores nō fuerint / aut de morbis p̄tis / aut de alia q̄libet infirmitate p̄ p̄sq̄ ad mortez multi piclitant. Verū est frēs charissimi: q̄ p̄mittit hoc de⁹ diabolo: sicut iā supra dixi: ad p̄bāduz christianū: vt cū interdū p illa sacrilegia aliq̄ remedia illa infirmitate p̄cipere t aliq̄d verū potuerit agnoscere: facili⁹ p̄pterea diabolo credāt. Sed q̄ totā christianā religionē desiderat custodire: oportet vt hec oia tota animi virtute cōtēnat: timēs illud qđ ait ap̄ls increpās. Dies t mē ses t tp̄a obseruatis / timeo ne sine causa laborauerī in vobis. Ecce ap̄ls dicit: q̄ q̄ auguria obseruauerit sine cā doctrinā ei⁹ suscipiet. Et iō quātū potestis circūuentiones diaboli fugite. Et illud añ oia scitote frēs: q̄ nec vos ipos: nec eos q̄ ad

D vos ptinēt: nec aīa alia vestra: nec reliquā substantiā vel in paruis rebus diabolus potest ledere: nisi quantū a deo potestatem acceperit: quomodo nec sancti iob facultatez ausus fuit subuertere nisi domino permittēte. Et sicut in euangelio legimus: quādo ab hominibus expulsi sunt demones rogauerunt vt vel in porcos ire permitterētur. Si in porcos nō sunt ausi itrare demones: nisi a deo p̄missionē acciperent: ḡs ita erit ifidelis vt eos bonos christianos credat posse ledere: nisi deus p̄pria dispensatione p̄mitteret? Permittit autē hoc de⁹ ex causis duab⁹: vt aut nos p̄bet si boni sim⁹: aut corri-

gat si peccatores. Sed q̄ patiēter dispēsationē dñi tolerauerit: & sicut iā dixi: qñ aliq̄d pdiderit: dixerit. Dñs dedit dñs abstulit: sicut dño placuit ita factū est: sit nomen dñi benedictum. Pro ista deo placita patiētia: aut cozonā accipit si iustus est: aut indulgentiā si peccator. Et hec attēdite frēs: q̄ cum omnē substantiā diabolus euertisset beati iob: nō dixit iob: dñs dedit: diabolus abstulit: sed dñs dedit domin⁹ abstulit. Vir em̄ sanct⁹ noluit istā gloriam diabolo dare: vt aliquid potuisset tollere q̄ dñs non pmisisset auferre. Cū enīz nec filios nec pueros nec camelos nec asinos beati iob antēq̄ dñs pmitteret diabolus ledere potuisset: quare credimus q̄ christianis ampli⁹ aliq̄d faciat q̄s q̄ deifico ac secreto iudicio suo diuina potētia pmiserit? Et tō certissime credētes q̄ nihil possum⁹ perdere: nisi quātū nobis de⁹ permittit auferri: toto corde nostro ad illū⁹ misericordiā eamus: & sacrilegas obseruationes fideliter relinquentes: de illi⁹ adiutorio semp̄ p̄sumam⁹. Nā qui pdictis malis: id est caragis: & diuinis / auruspicib⁹ vel philateriis & alijs q̄buslibet augurijs crediderit: & si ieiunet: & si oret: & si iugiter ad ecclesiā currat et si largas elemosynas faciat: et si corpusculū in omni afflictione suū cruciauerit: nihil ei proderit q̄diu illa sacrilegia non reliquerit: q̄ impia illa sacrilegi obseruatio: ista oīa bona obruit et euertit. Et qui cū his malis etiā aliqua opa bona exercere voluerint: eis, pdesse nihil possunt: q̄ verū ē q̄ dixit aplūs. Modicū fermentū totā massam corrūpit. Et illud. Non potestis calicē domini bibere: & calicē demoniorum. Non potestis mēse dñi participes esse & mēse demoniorum. Et dñs in euāgelio. Nemo pōt duob⁹ dominis seruire. Pro quare nec ad arbores debēt christiani vota reddere / nec ad fontē orare: si se volūt per gratiā dei de eterno supplicio liberari. Et ideo quicūq̄ in agro suo aut in villa aut iuxta villaz aliquas arbores / aut aras vel q̄libet vana habuerit: vbi miseri hoīes solent aliq̄ vota reddere: si eas nō destruxerit atq̄ succiderit: i illis sacrilegijs que ibi facta fuerunt / sine dubio particeps erit. Nā et illud q̄le est: q̄ qñ arbores ille vbi vota reddunt ceciderint: nemo ex illis arboribus lignū ad focū affert? Et videte miseriā vl' stulticiā generis humani. Arbori enī mortue honorē impēdūt: et dei viuētis p̄cepta p̄tēnunt. Ramos arboris nō sunt ausi mittere i focū: & seipsos p̄ sacrilegiū p̄cipitāt in infernū. Et tō qui h̄ malū hucusq̄ nō obseruat: gaudeat: & deo gr̄as agat: & fideliter in bonis opibus perseuerare p̄tēdat. Qui xo in istis diabolicis reb⁹ hucusq̄ captiuā dū diabolo tradidit se: toto corde pententiā agat: & illa sacrilegia supradicta cū oī horore fugiat & cōtēnat: vt illi de⁹ et indulgētiā dignē dare: et ad eternā beatitudinē coronā noīs sui faciat puenire. Et q̄ etiaz et h̄ puenit ad me: q̄ aliq̄ aut p̄ simplicitatē / aut ignorantiā / aut certe (q̄ plus credēdū est) p̄ gulā de illis sacrilegijs vel sacrificijs vl' sacrilego cibo: q̄ adhuc fm paganor cōsuetudinē fiūt: māducare nec timeāt nec erubescāt: cōtesto: vos corā deo & angelis ei⁹ ac denūcio: vt nec ad illa diabolica cōuiuia: q̄ aut ad phanū ad fontesq̄ / ad alior arbores fiūt veniatis. Et si vobis inde aliq̄d trāsmissum fuerit: tāq̄ si ipm diabolū videat⁹ horrescite & respuite: & ita repudiate vt nec in domū vestrā p̄mittatis de illo sacrilego cōuiuio aliq̄d exhiberi: p̄pter illud apli q̄ iam dictū est. Non potestis calicē dñi bibere: & calicē demoniorum: nec mēse dñi participare & mēse demoniorum. Et q̄ solēt aliq̄ dicere. Ego me signo & sic māduco. Nullus h̄ facere p̄sumat. Qui sic est q̄ se signat et aliq̄d de sacrilego cibo māducat: quō se signat i oze: et gladiū sibi mittit in pectore? Quia quō gladio corp⁹ occidit: ita de illo cibo sacrilego aia occidit. Sed credim⁹ de dñi mīa: q̄ vobis agere que sancta sunt ispirare dignabit: & nunq̄ vobis nec in augurijs: nec in alijs q̄ supradicta sunt sacrilegis obseruationib⁹ vl' diuinationib⁹ diaboli nec̄cia possit surripere: sed totā spem vestrā in dño posituri: quaten⁹ vt nunq̄ ad illa nefanda mala q̄ superius cōprehensa sunt redeatis: p̄stāte dño nr̄o ihesu xp̄o: cui honor & imperiū in secula seculorū. Amen.

¶ Itē in eadez dñica. Homelia de eo q̄ scriptū est in euāgelio fm Johānem. Erat quidā regul⁹ cuius filius infirmabat? &c. que habet in exposition doctoris. tractatu. xvj. fo. clx. col. ij.

¶ Dñica vicesima secūda. De Susanna: q̄ decore pudicitie vicit ipudicitiaz iudicū. Sermo. j.

Quotiēscunq̄ in hoc puerso seculo contra laudabiles viros multiformes tēdunt insidie: vel diuerse calūnie exemerserint cause: q̄d hō pestilēs cogitet quid diabol⁹ machinet nō metuet iust⁹: q̄ cū ipo est xp̄s. Eligat hō miles in p̄lio cōstitut⁹: officia semp̄ exercere virtutū. Unū ergo de duob⁹ amplectit: aut patefactis insidijs ei⁹ innocētia in pp̄lo claresc̄it: aut p̄sequētib⁹ inimicis p̄uent⁹ cū cōditione mortis excesserit / molestijs secularibus liberat⁹ portū securitatis ītrabit. Daniel pphetā nec in lacu, plect⁹ leonū timore pculsus expauit: sz iter ista bestiarū ora p̄sistēs dñm tota mēte placauit: & tyrānicas dispositiones illesus euasit. Zacharias pōtifex magn⁹ p̄ cultu dei: p̄ro legib⁹ sacris: p̄cussura in tēplo sacerdotali rebellē increpās pp̄lm: mortē p̄stāter accepit: & detestabilis acies iudeorum ei⁹ cruore pauimētū infecit. Zacharias martyr triumphat: & daniel cōfessor exultat. Unus mortē & triūphat: alter euadit & regnat. Sz nec femine⁹ sexus suis fraudat exēplis: que pudicitie ornatū salubriter rexuauit. Susanna illustris decus pudicitie vicit ipudētiā iudicū: petulātiā senior⁹ cōpressit audacē: ne castitas i ea pateret iniuriā. Stabat susanna in iudicio falsor mēdacib⁹ oppressa testimonijs dānator: stabat nō tanq̄ rea sed, p castitate firmiter mozitura. Ibat q̄ pudica ad suppliciū: nō adulteror corp⁹ i q̄ extrema libido exarserat: & diabol⁹ inflāmauerat. Qō p̄texerat virt⁹ & ornabat pudor: illesū ibat in mortis exitiū. Egregiū portabat caput: cui⁹ vultus integra p̄scientia sublimabat ad celū. Propt dāna pudoris salut⁹ vota cōpressit: et cui fuerūt chara p̄mia castitatis: vite gaudiū nō amisit. Cōtēpsit vnū: & cōsecuta ē totū. Et q̄ mori voluit: cū gloria castitat⁹ euasit. Et quā sniā p̄rava dei ecerat illustris cōscientie ītegritas erigebat: metus q̄ dei & timōr̄is sacri iudicij ī dubitata crudelitas. O amor honestatis & legis. Susanna adulterij p̄scientiā grauiorē iudicauit q̄s penā. Cū duceretur non dolebat de supplicio: q̄m gaudebat de testimonio falsidico. Innocēs accusat⁹ p̄ sentētiaz: sed nutu dei suspēdit pena vt iudicātū falsitas denudaretur: & innocēs purgaret. Infirm⁹ sexus cōtra viros surgit fortior: expugnat libidinē castitas et honestas: ipulsu luxurie horrēda p̄sternit ip̄robitas. Susanna p̄ priā virtutē animi seruauit & iudiciū populorū cōstāter excepit. Cōstant de innocēte falsa crimīa. Ille em̄ mumt⁹ est: q̄ deū habuerit defensorē. Denīq̄ daniel, ppheta istinctu dei cōmonit⁹. Redite in iudiciū: exclamauit. Stupet ppl's, p iudicio repentino: reuocat addicta: falsos testes pauor iuadit. Gemit diabol⁹ q̄s ipsi⁹ cōmēta nudant: gaudēt angeli de pudor⁹ ītegritate cōperta q̄s defendat in terris ☩itas fatigata. Interrogatū est q̄ in loco susanna facin⁹ quo arguebat admisit. Micē sub lē tisco dicit: ille sub p̄no. Cū ergo eoz discrepāt, plata respōsa sic repugnātia dictor facta nudant: vt vigore mētis increpato populo: testib⁹ confusis veritas ostēderet. Gaudet populus de pudoris ītegritate / triūphat marit⁹ q̄ fidā inuenerit coniugē. Letat familia q̄ nihil iuenerit in ea q̄s pumat: q̄s adulterij factum non inuenerit / nec homicidium diabolus quod p̄curabat impleuerit.

¶ In eadē dñica. De castitate cōiugali. Ser. ij.

Laudando cūq̄ castitatē fratres charissimi: fm q̄ deet et expedit cōmendamus: fortē adolescentes & adhuc in viridi etate positi dicunt. Juuenes homines sumus: continere nō valemus. Quib⁹ nos respondere & possumus et debem⁹ / ne forte ideo castitatem custodire non possint: q̄ amplius māducant q̄s expedit: et vt num amplius accipiunt q̄s oportet: familiaritatē mulierum vitare nolūt: atq̄ earū suspectā societatē habere nec metuūt nec erubescūt. Qui tales sunt audiant apostolū dicentē. Fugite fornicationē. Et illud. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Et illud salomonis. Vinū & mulieres apostatare faciunt sapientes: et arguunt sensatos. Illi vero qui dicūt q̄ castitatez seruare non possint: respondeant nobis vtrū vxores habeāt an non. Si habent q̄re non attendūt illud q̄s veritas in euāgelio ait. Oīa quecūq̄ vultis vt faciāt vobis hoīes: et vos facite illis similiter. Et q̄re non seruāt fidē vxor⁹ suis quā sibi ab eis seruari desiderāt? Cū enīz vir a virtute nomē accepit: & mulier a mollicie. i. fragilitate: q̄re ptra crudelissimā bestiā libidinē vult vnusq̄sq̄ vxorē suā victricē ee: cū ipse

Job.j.

E

j.Cor.v.
j.Cor.x.

Mat.vj.

F

j.Cor.x.

Joh.iiij.

Sermo. ccxlij. A

Dañ.vj. et.xiiij.

ij. Paral. xxiiij.

B

Dañ.xiij.

C

D

Dañ.xiij.

vbi ꝫ.

Sermō. ccxliij. A

j.Cor.vj. Ephe.v. Eccl. xix.

Mat.vij.

ad primū libidinis ictum victus cadat? Hoc loco forte q̄ adhuc vxorib⁹ nō sunt ꝓiuncti: dicūt se excusare posse: quia cōiugia nō habent quib⁹ fidē seruare debeant et ꝓpter ea cōtinere nō possint. Istis q̄ istam falsam ⁊ miserabilē excusationem conank prētēdere: iustissime respōderi et pōt ⁊ debet: q̄ nullus magis illicita vitare debet: q̄ qui respuit q̄ licebant: cum vxorē accipere licet: ⁊ cōtra omniū scripturarū auctoritatem adulteriū cōmittere nunq̄ liceat: quare cū dei gratia nō accipis qō licet: et cū dei offensa ꝓsumis qō non liceat? Velim tū scire si illi q̄ vxores nō habent: et priusq̄ coniugis copulenk adulteria ꝓmittere nec metuūt nec erubescūt: vtrū velint spōsas suas anteq̄ ad nuptias veniāt ab aliquib⁹ adulteris violari? Cū enī nullus sit q̄ hoc patiēter accipiat: q̄re vnusq̄sq̄ sponse sue nō seruat fidē quā sibi ab ipsa seruari desiderat? Quare vxorē virginē optat accipe: cū ipse sit corruptus? Quare viuēti vxori desiderat copulari: cū p adulteriū in alīa iam ipe sit mortu⁹? Scōm illud qō scriptū est. Alia que peccauerit ipa morietk? Et illud qō terribiliter clamat apl's. Fornicatores iudicabit de⁹. Et illud. Neq̄ adulteri regnū dei possidebūt. Et iterū. Oēs adulterātes ⁊ adulteros tanq̄ cluban⁹ corda eorū. Sed forte putāt alīq: q̄ feminis ante nuptias fornicari nō liceat: ſz vir ſ liceat. Ista puniēda ⁊ nimiū grauia mala: qō peius ē: nō a mulr ſ viris sine vllo timore dñi cōmittunk: q̄ ita a plurib⁹ in ꝓsuetudine missa fūt: ⁊ ita vilia vlleuia dicunk: vt nec iā inter grauia crimina putenk. Nā in fide catholica quicq̄d mulierib⁹ nō licet: oīno nec viris licet. Uno enī precio: id est xpi pciosō sanguine redimūtur: ⁊ viri simul ⁊ femine. Jn vnā fidē vocank ⁊ in vno eccl'ie corpe cōgregank / simul baptismi sacramēta pcipiūt / simul ad altare ad accipiēdū corpus ⁊ sanguinē xpi accedūt / simul vtriq̄ serui p̄cepta donata sūt. Cū hec ita sint: q̄ fröte vel q̄ cōscīētia qō et viris simul ⁊ mulierib⁹ nō licet agere ſoli viri se credūt impune cōmittere? Sed ⁊ illi qui hoc facere ꝓsumunt procerto cognoscāt: q̄ si cito se nō emēdauerint: et eis fructuosa penitētia nō subuenerit: ⁊ sic subito de hac luce rapti fuerit: eterna illos flāma sine vllo remedio cruciabit. Et illud quale est qō multi virorū ante nuptias cōcubinas sibi assumere nō erubescūt: quas post aliquot annos dimittāt: ⁊ sic postea legitimas vxores acciptāt. Tractant enī apud se vt pr⁹ de mul'tis calūnijs et rapinis ⁊ iniustas diuitias ⁊ iniqua lucra conquirāt: et postea contra rationē plus nobiles q̄ ipsi sunt vel ditiores vxores accipiāt. Ecce quātis malis se obligāt: qui non solū luxurie sed etiā auaricie vel cupiditati: infeliciter seruire desiderāt. Unde corā deo et angelis cōtestor atq̄ denūcio ista mala ⁊ semp ꝓhibuisse ⁊ nunq̄ ei placita fuisse: q̄ ꝓcipue tēporibus christianis cōcubinas habere nunq̄ licuit: nunq̄ licebit. Sed qō peius est faciūt hoc multi viri iure fori / nō iure celi / nō iusticia iubēte: sed libidine dominante. Cū enim apl's coniugia habētibus dicat. Tēpus breue est et supest vt qui habēt vxores tanq̄ nō habētes sint. Et illud. Abstinete ad tēpus vt vacet ſ orationi. Quō adulteras cōcubinas ꝓmittit habere qui castitatē seruare ⁊ in cōiugijs positis precepit? Pro qua re iterū atq̄ iterū voce libera clamo: quia qui ante legitimas nuptias concubinā sibi adhibere ꝓsumit: peius peccatū facit q̄ qui adulterium cōmittit. Quia qui adulterat adhuc tam graue malū secrete vult agere / in publico aūt aut metuit aut erubescit cōmittere. Ille vero qui publice concubinā habere voluerit: fronte impudētissima rem execrabilē toto populo vidēte licenter se putat admittere. Sed forte illi q̄ ista peccata nō sunt maculari dicūt. Quare q̄ hoc agunt a cōmunione nō suspendūtur? Ideo enī tantū scelus a sacerdotib⁹ minime vindicat: q̄a multis admittitur. Si enī vnus aut duo aut quattuor vel quinq̄: mala ista facere ꝓsumerēt: et poterāt ⁊ debebant / nō solum a cōmunione suspēdi: sed etiā a colloquio et conuiuio christiani populi separari: ſm illud apl's. Cū huiusmodi nec cibus quidem sumere. Multitudo tū peccātiū (sicut iam dictū est) ꝓhibet sacerdotes dñi in illis distinguere. Faciunt tū boni sacerdotes qō possunt: ⁊ cū pfecta charitate contēdunt orare ⁊ suspirare iugiter: ⁊ gemitus ac rugitus effundūt: vt in quib⁹ ꝓpter infinitā multitudinē nō possunt seueritatē vel disciplinam ecclesiasticā exercere: monēdo vel orādo pro eis possint eos vel aliquādo ad penitentiā prouocare. Unde iteruꝫ atq̄ iterꝫ rogo pariter ⁊ contestor: vt qui vxorē optat accipere: sicut illam virginē inuenire desiderat: ita ipse vsq̄ ad nuptias virgo sit: quia si nō fuerit: benedictionē accipe cū sponsa sua non merebik. Et simplek in eo quod scriptū est. Noluit benedictionē et elōgabik ab eo. Jam vide si penitētie remedium nō subuenerit: q̄d de illo erit: vel qua sentētia eū necesse erit ī futuro iudicio subiacere: qui iā in hoc seculo benedictionē cum spōsa sua nō fuit dignus accipe. Et illud attēdite fratres: si in tā graui ꝑiculo sunt qui vxores nō habēt: et aut cōcubinas sibi adhibēt: aut adulteria admittūt: q̄d de se infelices illi cogitāt: qui forte cōiugia habētes adulterāt: ⁊ in sano furore vel crudeli infelicitate de iudicio dei desperant: qui nec supplicia iferni formidāt: nec desiderāt premia eterna. Si em̄ fidem haberēt: vtiq̄ deo crederent: et venturū iudicium cū tremore metuerēt. Probatur em̄ quia hominib⁹ credunt: ⁊ deo non credūt: vt publice vbi hoīes vident adulteria timeāt: et secrete vbi deus videt oīno non timeant. Si qualēcunq̄ scintillā fidei haberēt: sicut nō permittūt seruos suos in presentia sua peccare: ita nec illi in cōspectu domini sui adulterare ꝓsumerēt. Sed de talibus clamat per ꝓphetam spiritus sanct⁹. Dixit inquit insipiens in corde suo: non est deus. Certū est enim q̄ non credit deū esse: q̄ in tenebris et in occulto illa ꝓsente deo facit: qui publice facere presentibus hominib⁹ pertimescit. Nescit infelix: q̄ vultus domini sup facientes mala vt perdat de terra memoriā eorum. Sed forte dicit aliquis. Ecce cōpellente negocio aut iubēte rege ab vxore tot mēsibus aut annis separat⁹: quō castitatem seruare possim? Cui iustissime respōderi pōt: vt redeat ad vxorem suā. Sed cū hoc negociatori dixero: pōt mihi dicere: q̄ si negociū dimiserit nō habeat vñ viuat. Militans dicit. Si exercitiū dimisero: iracūdiaꝫ regis incurro. Istis talib⁹ veraciter dici potest. Si timet regē: et ideo nō redit ad vxorem suam ꝓpriā: debet timere deum vt nō tangat alienā. Nam quomodo illū qui nō iussus relicto exercitu reuertit ad vxorem suā rex potest occidere: sic et illū qui longe posit⁹ adulterat: potest deus ꝓpetua pena dānare. Rogo vos fratres charissimi: si ꝓpter negocij necessitatē et regis iussionez vnusquisq̄ ab vxore sua interdū etiam longo tēpore separak: quare ꝓpter deū ⁊ animā suam tam longo spacio tēporis castitas non seruatur? Weretur negociū: meretur regis iussio vt tantis diebus nō agnoscak vxor ꝓpria et nō meretur amor et iussio dei vt non contingak aliena? Sed qui hoc ꝓpter negociandi lucrū et regis imperiū seruant: et ꝓpter deū seruare dissimulāt: sciant qui talia agant q̄ si eis nō penitentia subuenerit: cū ante tribunal christi stare ceperint: ab auditu male liberari nō poterūt. Sed dicetur illis. Discedite a me maledicti in ignem eternū. Et illud quale est q̄ aliquotiens vir fortissim⁹ procedēs ad prelīū forte nō minus decē inimicos occiderit: et ex ipsa victoria aliquā puellam de preda accipiens: dum cū illa per adulteriuꝫ iungit: anima sua peccati gladio interficit. Et videte quātū malum sit vt alīqs crudelior existat in se suam animā occidēdo per luxuriā: magis q̄ per carnalē victoriam aduersarioꝝ corpora trucidādo. Uere lugendū est ⁊ dolendū: vt ille qui sicut iā dixi: decē aduersarios vicit ab vna muliere superet: et qui tot inimicos occidit in corpore: ab vna puella iuguletur in corde. Uere inimis graue malum est vt vir fortis qui ferro nō vincitur: libidine superetur: et eū mollia aut blāda subuertant quem dura non superant: et qui esse captiu⁹ vel seruus hominibus dedignatur: seruus esse peccati mereatur: cū indignius sit mente seruire q̄ corpore: ſm quod scriptū est. A quo enī quis vincit: huius et seruus efficitur. Nec ergo fratres charissimi: si vobis ego non dixero: rationez pro animabus vestris in die iudicij reddituru⁹ ero. Quicunq̄ autē magis mihi irasci q̄ se emendare voluerit / non habet vnde per ignorantiā se possit ante tribunal eterni iudicis excusare: vt dicat se nō fuisse admonitum: nec a malis prohibitū: nec ad ea que sunt deo placita castigatione et admonitione frequētissima prouocatū. Sed credimus de domini misericordia: q̄ ita negligentib⁹ quibusq̄ inspirare dignabik: vt sibi magis vel peccatis suis q̄ medicamētis sacerdotalib⁹ irascant. Et quomodo egrotantes a carnalibus medicis requirunt sanitatez corporum: sic a spiritalibus medicamenta desiderent animarum. Sed confidim⁹ q̄ prestabit hoc diuina misericordia: q̄ ita nobis de sua emendatione studebunt gaudiuꝫ facere: vt ad eternū

Ezechiel xviij.
Heb. xiij.
j. Cor. vj.
j. Cor. vij. vbi ō.
j. Cor. v.
Pō. cviij.
Pō. xiij. et. liij.
Psalm. xxxiij.
Mat. xxv.
ij. Pet. ij.

mereantur premiū feliciter peruenire:prestante domino ⁊c.

¶In eadem dominica.De castitate coniugali. Sermo.iij.In quo dicit q̄ continere nō debere quidā se ideo putāt quia coniuges non habent.

Sermo. ccxliij. A

MAgnū mihi gaudiū facitis fratres charissimi:dū in solēnitatib⁹ martyrū tāta deuotione fidei ad ecclesiam cōuenitis. Sed si vultis deo auxiliante ⁊ vestrū profectū ⁊ nostrū gaudiū spiritaliter adimplere: ita iter vos ⁊ pacē ⁊ charitatē inspirāte dño cōseruate: vt cōtra hominē nullus odiū habeatis in corde: p bonis oratione vt semp ad meliora proficiant:pro malis assidue supplicate vt citose corrigāt:et fm preceptū dñi. Quecūq; vultis vt faciant vobis hoīes /hec ⁊ vos facite oībus. Tunc em in vnitate pacis iusticiaz misericordia custodit:quādo nō solū nullis hoībus malū facimus:sed etiaz vbicūq; poterim⁹ adiuuare cōtendim⁹. Si g̃ hec xpo adiuuāte fideliter agam⁹ /beatos martyres in his q̄ supra diximꝰ:precipuis ⁊ pclaris opibus imitātes:partez cū illis in eterna beatitudine hr̃e poterim⁹. Et tūc pro nobis absq; vlla dubitatiōe sancti martyres intercedūt:quādo in nobis aliq̄d de suis virtutib⁹ recognoscunt.

Wat.vij.

B

Castitatē ante oīa cum dei adiutorio custodite: ppter illud qō scriptū est. Neq; adulteri regnū dei possidebūt. Et illud

j.Cor.vj. Heb.xiij.

Fornicatores ⁊ adulteros iudicabit de⁹. Pueri vel puelle q̄ in cōiugio iungēdi sunt: virginitate vsq; ad nuptias seruēt. Nā si ante legitimā cōiunctionē p adulteriū corrupti fuerit ad nuptias corpe quidē viui veniūt :ꝫ in aīa mortui cōprobant:quia scriptū est. Aīa que peccauerit ipsa morietr. Nulla

Ezechiel. xviij.

mulier potationes ad abortum accipiat / nec filios aut cōceptos aut iam natos occidat:q; quecūq; fecerit hoc:ante christi tribunal sciat se illic eorū causam q̄s occiderit esse daturā. Sed nec alias diabolicas potationes mulieres debēt accipere. Mulier aūt quecūq; fecerit hoc p qō iam nō possit concipere:quātoscūq; parere poterat:tantoꝫ homicidioꝫ se reā esse cognoscat. Mulier aūt ingenua q̄ mortiferas potatiōes accipit vt nō cōcipiat: velim scire si hoc ancillas vl̄ colonas suas facere velit:Et iō sicut vnaquēq; vult vt sibi mancipia nascātur q̄ illi seruiāt:ita illa quātoscunq; cōceperit:aut ipsa nutriat:aut nutriēdos alijs tradat: ne forte illos aut ꝓcipere nolit: aut qō est graui⁹ occidere velit:q̄ boni christiani poterant fieri generati. Quotiens ad ecclesiā in q̄libet solēnitate

C

venitis:et sacramēta christi ꝓcipere voluerit[:ante dies plures castitatē seruate: vt cū secura cōscientia ad altare dei possitis accedere. Quā rem etiā p totā quadragesimā:ꝫ vsq; ad clausulā paschę fideliter custodite: vt vos solēnitas paschalis castos ⁊ puros inueniat. Qui em̄ bon⁹ christianus ē:nō solū ante dies plures q̄s cōmunicet castitatē seruat:sed ꝫ vxorē suā(excepto desiderio filioꝝ)nō agnoscat: q; vxor nō ꝓpter libidinē:sed ꝓpter filioꝝ ꝓcreationē accipit. Denicꝫ ipse tabule matrimoniales h̄ continēt:liberoꝝ inānt ꝓcreandoꝝ cā. Videte q; nō dixit libidinis causa: sed liberoꝝ procreādoꝝ.

☞

Velim tñ scire frēs charissimi: ille qui vxore sua incōtinēter vtit:si quotiēs eū luxuria victuꝫ agnouit: totiēs suū agrū in vno anno arauerit vl̄ seruerit:qualē messem colligere possit? Qui g̃ se cōtinere nolūt:si totiēs terrā quōdā suā quā iā seminauerāt:tetꝫ arent ⁊ seminēt: videam⁹ qualiter de ei⁹ fructu gaudebūt:q; sicut optime nostis /nulla terra poterit dare legitimū fructū:in qua frequēter in vno anno fuerit seminatū.

D

Qō ergo nō vult aliq̄s in agro suo:q̄re facit in corpe suo? Sz dicet aliq̄s:hō iuuenis sum:cōtinere nō possum. Me forte iō te nō cōtineas:q; plus māducas q̄s expedit:ꝫ plus vinū accipis q̄s oportet. Forte etiā turpib⁹ cogitationib⁹ occupas mētem tuā:et luxuriosa verba nō solum libēter sed etiā frequenter aut ipse dicere aut alijs dicētibus audire nec metuis nec erubescis. Incipe cū dei adiutorio /gule ꝯcupiscētias refrenare /castis cogitationib⁹ et honestis sermonib⁹ mentez vel linguā tuā iugiter occupare:ꝫ videbis q; deo auxiliāte castitatez poteris custodire /nec te pigeat si corporis infirmitas nō prohibet /frequētius ieiunare /ad ecclesiā maturi⁹ surgere:vt possis tuā aīmā a libidinosis maculis nitidā custodire. Et si hoc nō infideliter facies vides te adhuc carnis impugnationib⁹ fatigari:et forte aliquotiēs excepto filioꝝ desiderio ad cognoscendā vxorem ꝓpria vinci:fm vires tuas

Eccl.xiij.

quotidianas elemosynas adde: q̄m scriptuz est. Sicut aqua extinguit ignē:ita elemosyna extinguit peccatū. Et illud q̄ contra omnia peccata magnū est et salubre medicamentum: omnib⁹ qui in te peccauerint plenam indulgentiā tribue: vt quod p incontinentiā inquinak ieiunijs /elemosynis /ac precipue per inimicoꝝ indulgentiā diluak. Sed dicis: vxorem

E

excepto desiderio filioꝝ agnoscere: peccatū non est. Intātum peccatuz est vt ꝓpheta penitēs clamet. In iniquitatib⁹

Psalm.l.

conceptus sum:ꝫ in delictis peperit me mater mea. Et sic in veteri testamento legimus: q̄n populus iudeoꝝ accessurus erat ad montē sinai: ex precepto dñi dicebatur eis. Sanctificamini ⁊ estote parati in diem tertiū:et ne appropinquetis

Exo.xix.

vxoribus vestris. Et illud. Si quis nocturno pollut⁹ fuerit somno /nō māducet carnes sacrificij salutaris:ne pereat anima sua de populo. Si post poilutionē que nobis nolēt⁹ fieri solet /nobis cōmunicare nō licet: nisi ꝓius precedat compunctio et elemosyna: et si infirmitas nō prohibet: etiā ieiunium: quis est qui potest dicere illud q̄ vigilantes et volētes facimus nō esse peccatū? Denicꝫ mulieres quādo maritos accipiunt: per triginta dies intrare in ecclesiā non presumant. Quod etiam similiter viri obseruare deberēt. Sed dicis:peccatū quidez est: sed tamē paruū est. Nec nos dicim⁹ quia capitale peccatū est: sed tamē si frequētius exerceatur: et ieiunijs vel elemosynis non redimak:nimis immundā animam facit. Noli despicere peccata tua: q; parua sunt: nam ⁊ pluuiarum gutte sunt:sed flumina implent: et moles trahūt: et arbores cū suis radicibus tollunt. Tu qui dicis:q; paruū peccatū est: velim scire quotiēs tale peccatū admittis: si tot paruulas plagas in corpe:et tot maculas aut scissuras in vestibus tuis fieri velis? Cum ergo in corpore tuo plagas:nec in veste tua scissuras vl̄ maculas fieri acquiescis:qua cōscientia hoc facere in anima tua nō metuis? Ac sic quicūq; hoc fecerit:plus amat vestem et carnē suam q̄ animā. Cum em̄ ad

F

imaginē dei facti sumus:quotiens aliq̄d turpe /aut loq̄mur:

Gen.j.

aut facim⁹:totiēs dei imaginez fordidam⁹. Et iā videte si h̄ vos deceat /aut oporteat. Vere dico vobis fratres charissimi:quia nō hoc de nobis de⁹ meret: vt in nobis imago ipsi⁹ per malas cōcupiscentias iniuriam patiak. Et cū nullus hō velit cum tunica sordid⁹ plena ad ecclesiaz cōuenire :nescio qua cōscientia cū anima per luxuriā sit inquinata: presumit ad altare accedere /nō timens illud q̄ apostolus dixit. Qui

j.Cor.xj.

enim manducat corpus et sumit sanguinē dñi indigne: reus erit corporis et sanguinis dñi. Si erubescimus ac timemus eucharistiā manibus sordidis tāgere: plus debem⁹ timere ipsam eucharistiā intus in anima polluta suscipere. Et quia sicut dixi: in anima nostra facti sumus ad imaginez dei: si in tabula aut lignea aut lapidea faceres imaginez tuam et ali-

☞

quis impudēs homo vellet illam imaginē aut lapidib⁹ frangere /aut aliquibus sordibus inquinare: velim scire si cōtra eum non moueret animus tuus? Rogote si imaginē pictaz in tabula mortua sic zelaueris: putas qualez iniuriam patiē deus:quādo in nobis imago sua per luxuriā sordidatur? Et ideo si nobis nō parcimus ꝓpter nosmetipsos:parcam⁹ nobis vl̄ propter imaginē dei ad quā facti sumus. Ante omnia

G

vt quotiēs dies dominicus aut alie festiuitates veniūt:vxorem suā nullus agnoscat. Et quotiēs fluxum sanguinis mulieres patiunt:similiter obseruandū est. Propter qō ait ꝓpheta. Ad mulierē menstruatā non accesseris. Nam qui vxorem suā in profluuijs positā agnouerit: aut in die dominico

Ezechiel xviij.

vel in alia qualibet solēnitate se continere noluerit /qui tunc concepti fuerint / aut leprosi / aut epilentici / aut etiam forte demoniaci nascentur. Denicꝫ quicunq; leprosi sunt:nō desapientibus hoībus qui et in alijs diebus et in festiuitatibus castitatē custodiunt: sed de rusticis maxime qui se cōtinere non sapiūt nasci solent. Et reuera fratres si animalia sine intellectu non se contingūt nisi certo et legitimo tēpore: quāto magis hoies qui ad imaginem dei facti sunt: hoc obseruare deberent. Sed q̄ peius est: sunt aliq̄ ita luxuriosi vel ebriosi: qui aliquotiens nec prегnantibus vxoribus parcunt. Et ideo si se non emēdauerint: ipsi videant si nō peiores animalibus iudicandi sint. Istis talibus clamat apostolus dicēs.

j.Thessal. iiij.

Et sciat vnusq̄sq; suū vas possidere ī honore ⁊ sanctificatione: nō in passione desiderij: sicut ⁊ gentes q̄ spem nō habent. Et quia sunt multi qui legitimā non custodiunt castitatē cū suis vxorib⁹ /sic supra dixi /largas elemosynas faciāt ⁊ om-

nibus inimicis suis indulgeant: vt sicut iam dictū est: q̄ luxuria sordidus effecit: assiduis elemosynis abluatur. Rogo vos fratres: vt mihi idulgeatis: q̄ pro salute aīe vestre cum grandi timore et cū verecūdia de talibus reb⁹ vos admonere videor: quia ꝛ hoc mihi expedit dicere ꝛ vos oportet audire. Et ideo oīa q̄ue a nobis audistis: vbicūq; fueritis inuicē vobis dicite: et cū charitate vos admonete. Sicut enī reus ero ante tribunal christi si vobis nō dixero: ita ꝛ vos si inuicem quoscūq; negligentes agnoscitis admonere nolueritis: timere debetis ne vobis necesse sit pro illis reddere rationē. Sed credim⁹ de dei misericordia q̄ ita nobis agere inspirabit: vt vobis non solū de nostra deo placita cōuersatione: sed et pro aliorū salute ꝛ in hoc seculo et in futuro duplicata deo premia repensentur. Amen.

¶ Dñica vicesima tertia. De continētia et sustinētia: quas duas appellat virtutes que aīam purificant et capacē faciunt diuinitatis. Sermo. j.

Sermo. ccxlv.

OMo sunt que in hac vita veluti laboriosa precipiūtur a dño. Cōtinere ꝛ sustinere. Jubemur enī continere ab his que in mūdo dicunt bona: et sustinere que in hoc mūdo abundāt mala. Illa ꝓtinētia: ista sustinētia vocatur. Due virtutes que mundant animā et capacē faciunt diuinitatis. In refrenādis libidinibus ꝛ coercendis voluptatibus: ne seducat q̄ male blandit: et eneruet quod ad prospex dicit: continētia nobis opus est: nō credere felicitati terrene: et vsq; ad finē querere felicitatē q̄ non habet finē. Et autē est continētie felicitati mundi nō credere: ita sustinētie est imquitati mundi non cedere. Siue ergo in affluentia rerū simus siue in angustia: expectādus est dominus: qui ꝛ q̄d vere bonū et suaue est det: ꝛ quod vere malū est auertat a nobis. Bona dei que ꝓmittit iustis: in finez seruant. Bona ꝛ mala que versant et miscētur in seculo / nec boni soli habēt nec mali. Quicūq; boni in hoc mūdo dixeris: habent boni: habēt ꝛ mali. Eleuti salutē ipsam corporis ꝛ boni habēt ꝛ mali. Diuitias ꝛ apud bonos ꝛ apud malos inuenies. Successum filiorū et bonorum et malorū donum videm⁹ esse cōmune. Et ita longā diu viuūt boni: equidē diu viuūt ꝛ mali. Morbos / dolores / dāna / oppressiones / orbitates / cōmunis hec est omniū materies lachrymarū. Facile est q̄ videre et bona seculi apud bonos et malos: et mala seculi apud bonos malosq; pferre. Et iō quorūdā pedes in via dei titubāt: et exorbitare conant. Multi etiā deuiant et exorbitant: cum instituerint ꝛ ꝓposuerint aīo ꝓpterea seruire se deo vt bonis terrenis abūdent: et malis careāt eaq; deuitēt. Cum enī hoc sibi ꝓposuerint ꝛ hāc mercedē cōstituerint pietat⁹ ꝛ religionis sue: quādo viderint se laborare ꝛ florere iniq̄s: quasi perdiderint spem: q̄si eos fefellerit q̄ vocauit: quasi frustra op⁹ indixerit q̄ in mercede decepit: renūciāt deo. Et q̄ se miseri conuertūt auertētes se ab illo a quo facti sunt: ꝛ inherētes illis que facta sunt? Cū perierit q̄d factuz est: vbi erit amator temporis qui pdidit eternitatē? Proinde ꝓpter illa bona q̄ non dabit de⁹ nisi bonis: et ꝓpter illa mala que nō inferētur nisi malis: q̄ in fine apparebūt vtraq; / credi sibi vult deus. Que enī merces fidei: aut q̄d omino vl nomē fidei: si modo vis videre q̄d teneas? Non debes ergo videre quo credas: sed credere vt videas. Credere q̄diu non vides: ne cū videris erubescas. Ergo credam⁹ dum tēpus ē fide: anteq̄ sit tēpus speciei. Sic enī dicit apostolus. Q̄diu sum⁹ in hoc corpore peregrinamur a dño. Per fidē enim ambulamus. Ergo per fidē ambulamus: q̄diu credim⁹ quod nōdū videm⁹. Tenebimus autē speciem: cū viderim⁹ facie ad faciē sicuti est. Tempus fidei: ꝛ tēpus speciei iohānes etiam apostolus distinguit in epistola sua dicēs. Dilectissimi: nūc filij dei sumus: et nondū apparuit quid erim⁹. Scimus q̄m cum apparuerit similes ei erimus: q̄m videbimus eū sicuti est. Laboriosum est fidei tēpus. Quis negat? Laboriosū est: sed hoc ē opus cuius illa merces est. Noli piger esse in opere: cui⁹ mercedem desideras. Si enī ꝛ tu ipse mercēnarium cōduxisses: non ante mercedē numerares q̄ in opere exerceres. Diceres ei. Fac ꝛ accipe. Nō tibi dicerē: da et facio. Sic ergo ꝛ de⁹. Tu nō fallis mercēnarium tuū timēs deū: ꝛ te ipse deus fallit qui iussit ne fallas mercēnariū? Tamē tu q̄d ꝓmiseris potes et nō dare: et si non est in corde tuo dolus falsitatis: est tū in fragilitate humana inopia difficultatis. Quid de deo timem⁹ qui nec fallere potest q̄ veritas est: et abūdat omnibus qui fecit oīa? Credam⁹ ergo deo fratres: hoc est primū ꝓceptū / hoc est initiū religionis ꝛ vie nostre: fixuz habere cor in fide: et figēdo cor in fide viuere bene. Abstinere ab oībus seductoribus: sustinere mala tēporalia. Et q̄diu illa blādiunt ꝛ illa minātur / aduersum vtrūq; in hoc habere cor / ne in illa defluas / ne ī illa frangaris. Habēdo ergo continētiā: et habēdo etiā sustinentiā / cum bona tēporalia trāsierint: et mala q̄ inferank non erūt: habebis omne bonū: habebis nullum malū. Jdeo in lectione: quid vobis dictū est? Fili accedens ad seruitutē dei: sta in iustitia ꝛ timore: et prepara animam tuā ad tentatiōē. Deprime cor tuū ꝛ sustine: vt crescat in nouissimis vita tua. Nō vt modo fz vt in nouissimo: vt crescat in nouissimo vita tua. Quantū putamus q̄ crescat? Vt fiat eterna. Modo enim vita humana q̄diu videt ꝓduci: decrescit potiꝰ q̄ crescat. Attēdite ꝛ videte: q̄ decrescit. Natus est hō. (verbi gratia) / statuit illi de⁹ vite sue septuaginta annos. Accedit illi vita dicim⁹ crescendo. Accedit / an decedit? Ecce de septuaginta annis vixit annos sexaginta: remanserūt decem. Deminutū est q̄d erat ꝓpositus: et quāto plus viuit: tāto min⁹ illi restat. Jdeoq; viuēdo hic decrescit vita: non crescit. Tene q̄d tibi promisit de⁹: vt in nouissimis crescat vita tua. Vnde sequit quod lectū non est. Omne q̄d tibi applicitū fuerit accipe: ꝛ in doloze sustine: ꝛ in humilitate tua patientiā habe. Quoniā in igne probat aurū ꝛ argētū: homines vero acceptabiles in camino humiliationis. Dux videtur: defecisti. Nonne illud quod non deficit perdidisti? Multi multa patiūtur ꝓpter pecuniā periturā: ꝛ tu nō vis pati ꝓpter vitā mansurā? Sic recusas laborare pro dei ꝓmissis: q̄si nō laborares pro cupiditatib⁹ tuis. Quāta patiūtur ꝓ sua iniq̄tate latrones: quāta patiunt pro suis scelerib⁹ perditi: ꝓ sua nequicia luxuriosi. Pro sua auaricia negocia lozes mare trāsmeātes / vētis tēpestatibus q̄z corpus ꝛ aīam cōmittentes / sua relinquētes / ignota querētes? Judex si ꝓnunciet exiliū: tremoz est: de⁹ mortē minatur ꝛ leticia? Quid ergo magnū tibi iperat sapiētia q̄ nō posset iperare ꝛ auaricia? Tamē cum iperat auaricia facis. Et cū fecer:s q̄ iperauerit auaricia q̄d habebis? Plenā domū auro ꝛ argento. Nō legisti. Q̄ q̄ in imagine dei ambulet hō: tū vane cōturbabik? Thesaurizat ꝛ nescit cui ea colligat. Quare ḡ cātasti et dixisti deo. Aurib⁹ pcipe lachrymas meas? Quare tu nō percipis aurib⁹ verba ei⁹: a quo vis pcipi lachrymas tuas? Si accusaueris auaricia tuā: inuitaberis ad sapiētiā suam. Sed cū susceperis iugū sapiētie / laboriosa erit. Laboriosa plane. Sed vide q̄ fine: qua mercede. Nūquid q̄d ꝓ sapientiā colligis / nescis cui colligas ea? Tibi colligis. Expgisce re: euigila: habeto cor formice. Estatis tēpus est: collige q̄d tibi ad hyemē pfit. Noli esse piger: collige grana de area: de area dñica: id est verba dei de eccl̄ia dei: ꝛ recōde int⁹ in corde. Quis em̄ est qui dicat: bñ mihi erit ꝛ non moriar? Quis amet vitā: mortē timet. Ipse timor mortis / hūes q̄tidiana ē. Et tūc maxime pūgit timor mortis: quādo nobis bñ est. Nā quādo male est: nō timem⁹ mortem. Quādo nobis bene est / tūc magis timemus mortē. Jdeo ille diues quē delectabāt multe diuitie sue. Habebat enī magnas diuitias: ꝛ magnas possessiones / credo q̄d interpellabāt timore mortis: et interdum tias cōtabescebat. Cogitabat enim se illa bona relicturz. Cōgregauerat ꝛ nesciebat cui: et aliq̄d cupiebat eternū: ꝛ venit ad dominū: ꝛ ait illi. Magister bone: q̄d boni faciā vt vitā eternā cōsequar? Bene est mihi: sed labik q̄d teneo. Bñ est mihi: sed subito nō erit q̄d habeo. Dic mihi vñ habeā q̄d semper erit? Dic mihi quō peruenīā ad id q̄d non perdā? Et dominus illi. Si vis venire ad vitā serua mādata. Quesiuit: q̄ mādata? Audiuit. Respōdit se a iuuentute sua oīa seruasse. Ait dominus consiliari⁹ vite eterne. Vnū tibi deest. Si vis perfectus esse: vade vende omnia que habes: et da pauperibus: et habebis thesaurum in celo. Non enim dixit / perde: sed serua: ꝛ veni sequere me. Jlle qui delectabatur diuitijs: et ꝓpterea querebat a domino: quid boni faceret vt vitam eternam consequeretur: quia a delitijs ad delitias migrare cupiebat: et has quibus delectabat relinquere formidabat: abscessit tristis ad thesauros suos terrenos. Noluit credere domino: q̄ potest seruari in celo q̄d periturū est in terra. No

luit esse verus amator thesauri sui. Male tenēdo pdidit: multum diligēdo amisit. Nā si bene illū diligeret: migraret quo ipse postea sequeret. Domū illi deus ostendit vbi migraret/ non locū vbi perderet. Secutus eñ ait. Vbi enim fuerit thesaurus tuus: illic erit et cor tuū. Sed videre nolunt hoīes diuitias suas. Facq̄ in terra thesaurizent. Nūquid nō timent videri diuitias suas? Et cum obstruxerint et cooperuerint Nunquid vidēt q̄ habent? Nec ipse videt: t optat vt lateat: timet ne pereat. Esse vult diues in opinione /nō in veritate. Quasi sufficit habere in cōscientia q̄ seruat in terra? O quāto mato: tibi t melio: cōscientia erat si seruares in celo. Dic cum obtueris in terra/ times ne sciat seruꝰ tuus et auferat et fugiat. Dic times ne auferat tibi seruꝰ tuus: tibi nō times: qz bene tibi seruat dñs tuus. Sed habeo iſquis seruū fidelem: qui et nouerit et nō prodat t non tollat. Cōpara illum domino tuo. Si fidelē seruum inueniſti: dñs tuus quando te fefellit? Et si nō potest seruus tuus tollere: potest tamē perdere: dñs tu? nec tollere nec pdere pōt nec perire pmittit. Seruat tibi: manet tibi liberat te: manentē te facit. Nec pdet te/nec perdet quod ei cōmendaueris. Quem inquit: accipe q̄ apud me posuiſti. Absit. Nō hoc tibi dicit deus. Ego ind̄t tibi qui te prohibui fenerare: fenerat? sum a te. Volebas enim fenera crescere: vt dares homini vt tibi plus redderet: et quādo accipiebat gaudēs: et quando reddebat plorās. Hoc volebas: et prohibebā ego. Dixi enim. Qui pecuniā suam nō dabit ad vsurā. Prohibebāte a fenore. Hoc tibi dicit dominꝰ tuus. Pauca vis dare: et plura accipere? Relinque hominē q̄ plāgit quando exigis/ me inuenit qui gaudeo quādo reddo. Ecce inquit assum. Da t sume: tēpore redditionis reddam tibi. Et quid reddam? Pauca dediſti/plura sume. Terrena dediſti: celestia sume. Tēporalia dediſti: eterna sume. Mea dediſti: meipm sume. Quid'eñ dediſti: niſi ex eo q̄ accepiſti? Ergo ne q̄ vederis nō reddo: qui vnde dares dedi? Qui te ipsum qui dares dedit: qui tibi christus cui dares dedi qui tibi diceret. Quādo vni ex minimis meis feciſti: mihi feciſti. Ecce vt des pascit et esurit, ppter te. Donat t eget. Quando donat vis accipere: quādo eget nō vis dare. Eget christus: quando eget pauper. Qui oībus suis vitam eternā paratus est dare: in vno quoq̄ paupere temporaliter est dignat? accipere: et cōsiliū dat quo migres. Dedit eñ p̄silliū quo migrare debeas. Migra eñ de terra in celum: ne perdas. Q̄ multi enim q̄ seruabant perdiderūt: t nec sic correcti in celo ponere didicerūt. Si forte tibi aliquis diceret: transporta diuitias tuas ab occidente in orientē si non vis vt pereant: estuares: laborares: satageres: attēderes que haberes: videres te multiplicate rerū tuarū facile in longinqua migrare nō posse. Sed et forte fleres: qz ire cogereris: et quō tecum tolleres q̄ collegeras nō inuenires. In longinquioza te migrare iuſsit: qui nō ait. Migra ab occidēte in orientez: sed ait. Migra de terra in celuz. Estuas quasi difficultatē maiorem tibi videris pati: et dicis tibi. Si non inueniebā iumenta et naues quibus ab occidente migrarē ad orientem: quō inuenīā scalas quibus e terra me trem in celū? Noli inquit tibi deus laborare: noli laborare/qui te diutiē feci: qui tibi q̄ dares dedi. Laturarios tibi pauperes feci. Si verbi gratia: inuenires aliquem inopē de trāsmari/aut quo ire velles inuenires inde ciuem necessitatē patientē: nōne diceres tibi: ciuis iste inde est quo ego volo ire? Eget hic: do illi quod ibi mihi reddat. Ecce eget hic pauper/qui ciuis est regni celorum. Quid dubitas facere tractaticiū? Sic enim dant qui hoc faciunt vt plura accipiant/cum ad ea loca venerint: vnde est ille qui accepit. Faciamus et nos. Hoc fit si credamus: si fidem excitemus. Nam vane cōturbamur: quia dormiente christo in naui/pene naufragauerūt discipuli. Dormiebat christꝰ: t turbabant discipuli. Venti seuiebāt: fluctus excitabant: nauis mergebatur. Quare? Quia iesus dormiebat. Sic t tu quando tempestates tentationuz seuiunt in isto seculo: turbat? cor tuum tanq̄ nauis tua. Quare: niſi qz dormit fides tua? Sic enim paulus apostolus dicit. Quia habitat christus p̄ fidez in cordibus vestris. Excita ergo christum in corde tuo: vigilet fides tua: tranquillet conscientia: et liberetur nauis tua. Senti: qm̄ qui promisit vera est. Nondū ostendit: qz nondū est tempus vt ostendat. Multa etiam tamē ostendit: christū suum promisit et dedit. Resurrectionē eius, pmisit et dedit. Euangeliū eius promisit et dedit. Ecclesiam suam toto orbe diffundendam promisit et dedit. Tribulationes ipsas in rebus humanis predixit t ostendit. Quāta sunt que restant? Implent que promissa sunt: implētur que predicta sunt: t tibubas ne nō veniat q̄ restat? Tūc timere deberes: si q̄ predictum est nō videres. Bella sunt/fames sunt/contritiones sunt. Regnū super regnum est: terremotus sunt: abundantia scandalorū/frigus charitatis/copia iniquitatis. Hec oīa lege predicta sunt. Lege: vide qz omnia q̄ vides predicta sunt: et credete visurū esse quod nondum venit: numerans quāta venerūt. Tu autem videndo deū ostendere que predixit: nō credis daturuz esse q̄ promisit? Ibi credere debes: vbi turbari cepiſti. Si finis mundi est: migrandū est de hoc mūdo/ non amandus est mundus. Ecce turbat mundus: et amatur mūdus. Quid si tranquillus esset mūdus? Formoso quomodo hereres: qui sic amplecteris fedum? Flores eius quō colligeres: qui abspinis nō reuocas manū. Non vis relinquere mundū: relinquit te mundus: et sequeris munduz. Cor ergo mundemus charissimi et nō perdamus sustinētiam: sed percipiam? sapientiā: et teneamus continētiam. Transit labor: venit requies. Transeunt falsa delicioſa: et veniet bonuz q̄ concupiuit anima fidelis/cui inardescit t inspirat oīs peregrinus in seculo. Patria bona/patria celestis/patria cū populis angelorum/patria vbi nullus morit: quo nullus hostis admittit/patria vbi habeas sempiternum deum amicū: vbi nullum timeas inimicum.

¶ In eadem dominica. Ad iuuenes vt continent: dicitq̄ q̄ iuuentus flos est etatis sed periculum mentis. Sermo. ij.

Sermo. ccxlvj.

A j. Cor. ix.

Audi vos mihi sermo o iuuenes/flos etatis/periculum mentis. Tēpus quidē omne atq̄ omnis etas qua corru pt ibilis caro illa portatur: vacare a tentationibus nō potest. Et tādiu quisq̄ bonꝰ in agone luctatur ne ab aduersario superet: in periculis agit: q̄diu cum illo sicut in arenoso quodā stadio: sic in ista morte contēdit. Mox enim vt homo seculo nascit: et vitam plenā miserie velut ppheta futuri laboris sui preconio lachrymoſe vocis ingredit: etiam si nōdum in animo suo: in animo tamē parētum suorum vel quozūlibet hominum: in quozū manibus nutrienda etꝰ infirmitas iacet: tētari iam potest: et diaboli circūuentionibus rapi/aut per ligaturas execrabiliū remediorum/aut per sacrilega sacra gentiuz/aut si forte mozs vigeat negligentia renūciationis in baptiſmo salutari. Et vt breui complectar: tentat illa etas cū a suis in mūdo diligitur et in christo negligitur. Trahit enim secū propaginem mortis: t in illo peccati vulnere radicat q̄ primo homini ex quō corruptionis originē duximus: venenoso dente serpentis inflictum est. Vnde sanctꝰ Iob: neminem esse mundū dicit a peccati vitiq̄ sordibus/nec infantē cuius est vnius diei vita super terram. Sed de tam nato quid loquar: cū dauid luctuosa voce clamet. In iniquitatibus cōceptus sum: et in peccatis cōcepit me mater mea. Superflua enim possent videri baptiſmata recentium paruulorū/niſi omnes homines morerent: et originale peccatū per parentū viscera vsq̄ ad fructū prolis tramite mortalitatis excurreret: cum t mortalē creaturā dominus omnipotens lege sui ordinis formet: t immortalitatem renouationis optimus pater miſericordie gratia subministrat. Q̄z si nec infantia mortalis hois, ppter corruptionis vinculū a tentationibꝰ vacat: quid de ceteris etatibꝰ dicam? An forte senectꝰ excepta ē: t in carne iā vicina cadaueri sanguis acinēbza illicite cōcupiscētie friguerunt: t a festo ac prope mortuo iā corpore materies tentationis emarcuit? Immo vero tātus ē in malis senibꝰ plerūq̄ gurges auiditatis t insatiabilis vorago vētris t guttur: vt quāta boni senes prudētia serenant: tāta isti vinolētia sepeliant: quasi ad hoc in eis arida viscera t succo exhausta curuent: vt ad vigorez pristinū reparādū ebrietatis inūdatione rigāda sint. Quid auaricia q̄ radix est omniū malorū: Nōne in frigidis senibꝰ tāto ad acq̄rendu feruentiꝰ inardescit: quāto citiꝰ relictura est q̄ acq̄rit mirabili sane demētia? Grauioribꝰ eñ sumptibus se onerare festinat: cū iā puenerit q̄ tēdebat. Si q̄ pueri lis: ris semis etas nō est a tētationibꝰ libera: quar altera. id est puerilis nonduz bene ingredit: altera iā egredit istam vitā;

Mat. vj.

Ps. xiiij.

Mat. xxv.

Ephe. iij.

Matthei xxiiij.

Psalm. l.

Gen. iij.

Job. xv.

j. Tim. vj.

et altera pauloante nō erat: altera paulo post non erit: qđ sentiendum est de flagrātia iuuenilis etatis: que vt iusq; in medio cōstituta t ab infirmitate puericie iā recessit: et nondum ad tempora senectutis accessit? Hec pluribꝰ atq; maioribus tentationū tempestatibus quatit. Hec fluctuū crebriore impetu seculi iudantis operitur. Presumit viribus: forme dignitate iactat: pompa rerum t aliū prefulgere aut exoptat aut gaudet. Itaq; iuuentuti malorū venenum est quicqđ'ue ritas precepit: esca est quicqđ diabolus suggerit. Sed amaritudo iusticie medicamentū est virilis etatis. Dulcedo aūt iusticie muscipula est temeritatis. Adhoc ptinet qđ scriptū est. Dulciora sunt vulnera amici q̄ volūtaria oscula inimici.

Prouer. xxvij. Et illud qđ ait dauid. Corripiet me iustus i misericordia et

Pō.cxl. increpabit me: oleū autem peccatoris non impinguet caput meū. Erat veritas et tamē sanet. Mā oleū peccatoris adulatio assentatoris mulcet: sed decipit. Ibi enī lenitur superbia: sed labitur vita. Loquit enī pphetā ex persona ei⁹ qui iam medicū querit: qui manū curātis etiā cum doloris acerbitate supportat / qui egritudinē suam sanari potꝰ q̄ laudari desiderat. Periculosum vero est vlcus iuuētutis qđ cupiditatibus contabescit. Sed spes ista desperatorū est: spes rerum perituraru: que anime misere non soluit: sed inflat affectum: facitq; illam tactū non ferre veritatis: vt etiā de sua īmortalitate desperans / amet dicere / amet etiā ista sibi dici. Man-

j. Cor. xv. vbi ḡ. ducemus t bibamus: cras enī morīemur. Oderit autē et dicere et audire. Sobrij estote t iusti t nolite peccare. Amet p̄niciosam inimici lenitatē: oderit salubrē medici asperitatē. Ista peruersitas / ista vesania in iuuenili etate maxime formidāda est. Hinc ille nascit sermo hominū i flagitia defluē-

Sapie. ij. tium: t inde in scelera crudescentū. Dixerunt enī cogitātes apud se non recte. Exiguū et cū tedio est tēpus vite nostre: t non est refrigeriū in fine hois: et nō est qui agnitus sit reuersus ab inferis. Venite ergo fruamur bonis q̄ sunt: et vtamur creatura tanq̄ in iuuētute celeriter. Vino pretioso t vnguētis nos impleamꝰ: t cetera qua in eodē loco attexenf gestiētis verba luxurie hominū de vita eterna desperātiū: et spem suā tanq̄ in arena terrētis: ita in tēporali carnis corruptiōe

E ponentiū. Ex hac autem enumeratione libidinū et putredinum et vermiū flagitiorū: videte in que facinora et in q̄s immania scelera p̄silitur. Exhausti enī atq; submersi īmoderatorum delictoꝝ turpiū corruptela: vel dū seueritatē veritatis sibi ptradicētis oderunt.

vbi ḡ. Oppremamꝰ ergo inquiūt pauperē et iustū et non parcamꝰ vidue nec senī: nec reuereamur canos multi tēporis. Sit autē fortitudo nra lex iusticie. Qđ infirmū est inutile inuenīt. Circūueniamus ergo iustum qm̄ inutilis est nobis t cōtrarius est operibus nostris. Talia de domino nostro iesu xpo iudeorū impietas cogitauit. Quod manifestiꝰ in verbis cōsequentib⁹ inuenīt. Paulo enī post dicit. Promittit sciētiā dei se habere: et filiū dei se nominat. Deinde rursus paulo post dicūt. Cōtumelia t tormēto interrogemus illum: vt sciamus reuerētiam illiꝰ. Morte turpissima condēnemus eū. Erit enim respectꝰ ex sermonibus illiꝰ. Sed attēdite quā de illis sentētiam ferat spiritus sanctꝰ: qui statim subiungit. Hec cogitauerūt et errauerūt. Excecauit enim illos malicia illoꝝ. Omnia horrēda facinora que timē tur īsceleratis hoibus: videte de qua labe cōsurgāt. Quid enī mollius q̄ illa luxuria? qđ durius q̄ ista crudelitas? Jā dudum dicebāt. Fruamur bonis q̄ sunt: et vtamur creatura tanq̄ in iuuētute celeriter: t nō pretereat nos flos tēporis: t vbiq; relinq̄mus signa letitie. Nunc dicūt opprimētes pauperem. Nō parcamus vidue nec reuereamur senē. Circūueniamus iustum: cōtumelia t tormēto interrogemꝰ eū: morte turpissima condēnemus eū. Vinū sequit furor: vnguēta tormenta: sanguis rosas: ira letitiam. Talibꝰ ligatus: cesus: interfectus est dñs. Quis de coronis florentibꝰ cruenta vincula formidaret? Quis de suauibꝰ poculis dolores seuissimos preuideret? Quis de mollibus pratis tā dirum crucis lignū prenosceret: t tamē nulla etas / nulla luxuria / nisi iuuētus flo ri tēporis cōparata est? Sic enī dixerunt: Vtamur creatura

F tanq̄ in iuuētute celeriter. Vos ergo o iuuenes maxime monemus et hortamur vt vere virtutis pulchritudine capiamini. Nulla species terrena vel celestis: nullus fulgor metallorum: nulla nemoꝝ amenitas / nulle florū purpure / nullus vel naturalis vl' adhibitꝰ carnis ornatꝰ / nullus quarūlibet chorum atq; tibiarū sonus: nulla odorum iocūditas: nulla soporū suauitas / nulli amplexus pulchritudini / inspirationi / dulcedini fomētis sapientie cōparanf. Ab his enī que turpiter amātur nō ab ipso amore, phibemur. Amare vultis: amate sapientiā: ambite vt perueniatis ad eā: vt non vos exhorreat eius aspectꝰ in hoie vos in timore cōponite. Sicut lasciui oculi ornamenta corporis: sic illa cordis inquirit. Nec de vestris diuitijs hec ornamenta proferatis: q̄ odit supbos: t quasi de suo se iactare cupiētes. Quid autē habes qđ nō ac- j. Cor. iiij. cepisti? Ipsa ergo donat vnde illi placeas. Tantū dilige eā et seruabit te. Circūda eā t exaltabit te: honora eā et ample- puer. iiij. xabitur te: vt det capiti tuo coronā gratiarum. Clara est et q̄ Sap. vj. nunq̄ marcescet sapiētia: et facile inuenīf ab his qui diligūt illam. Proponite hāc adiungere vobis: in illaz suspirate: in illam exardescite: in illaz operite. Ipsum abnegat tibi: ne illi te abneges dū tibi places. Non habet amaritudinē con- Sap. viij. uersatio illiꝰ. Si amatores estis hanc amate: si formosi estis deo placete: si iuuenes estis diabolū vincite. Daniel ab ange Dañ. ix. lo vir desideriorum appellatꝰ est. Que illa eius erant desideria / nisi quibꝰ in sapiētie pulchritudinez ardenter inhiabat: quia in iuuenili etate calcauit lasciuiā et regum superbiam pressit captiuus: et ora leonū clausit inclusus. Nec vos femi- G ne adolescentule alienū a vobis arbitremini hūc esse sermonem. Ad vos enī non tamen vt cōfundaz vos hec dico: sed vt filias meas charissimas moneo. Iuuenilia desideria fugite / nupte suſannā / vidue annā / ✠gines mariā cogitate. Nec Dañ. xiij. in publicū, ppterea, pcedatis vt florez feni vestri oculis hominū ostētare cupientes: in domo vite mortē queratis. Om- Lu. ij. t. j. nis enī caro fenū: et claritas hois vt flores feni. Quid ergo Esaie. xl. facietis cū fenū aruerit / flos deciderit? Verbū autē domini quod manet in eternū cineres vestros nō facile inuēturū putatis: qđ nūc supba etatis viriditate contēnitis. Stricte iterum dico atq; contestoz: iuuenilia desideria fugite. Si audi tis hoc / si obtēperatis / si tanq̄ dei verbuz cū honore t timore suscipitis / nō solū pulchri ante oculos dei sed t sani eritis. Si autē de hac admonitione nostra etiā locos fortasse amatorios vobis faciatis: de ipsis ferramētis medici mortifera vobis vulnera infligitis. Certe iudei qui dominū crucifixerunt: quod cū audimus horrescimꝰ et ingenti execratione p̄sequimur: sed tamē illi cum de sua luxuria cogitarēt delitio- Sapie. ij. sorum agrorū solitudines meditabātur dicētes. Nullū pratum sit qđ non ptranseat luxuria nostra. Quomodo ergo parceret christo si cū inuenisset in terra qui quidez non solitaria prata irritādis libidinib⁹ suis: sed frequētissimas ecclesias eligit regnātis i celo? Ecce tertio cōtestoz et dico: desideria Ecci. vj. iuuenilia fugite: danielis desiderijs estuate. Filij a iuuētute vra eligite doctrinā: et vsq; ad canos inuenietis sapiētiā.

¶ Dnica vicesima quarta. De adulterino habitu virorum ac mulierum. Sermo. j.

Sermo. ccxlvij. A Diuimus ex parabola euāgelica quendā patrē familias nuptias filio suo fecisse: et ad eas pluri- A mos iuitasse. Inter quos q̄ ingressus esset quidā nō habēs habitū nuptialē: visus a patrefamilias Mat. xxij iussus est nō tantū excludi a nuptijs: sed in tenebras exteriores retrudi. Hec parabola insensatos hoies hui⁹ temporis euidēter redarguit: q̄uis altiori discertione aliqđ secretius et sacratiꝰ possit intelligi. Prius ergo queramꝰ quis sit iste paterfamilias: qs sit iste filiꝰ: que sint iste nuptie. Quibꝰ p̄spectis facilius intelligere poterimꝰ / cur ille ab his nuptijs exclusus sit: qui ad eas cū adulterina veste accessit. Intelli- B gimus itaq; hūc patrēfamilias / deū patrem oīpotentē / cui famulanf vniuerse familie gentiū: qui coeternū et coequalez sibi genuit filium in celis sub patre / in terris sub matre. Cui nuptias fecit: quando ei ecclesiā ex omni genere hominū sociauit. Ad hāc christi et ecclesie societatē conuocati sunt nobiles et ignobiles / diuites t pauperes / oīs conditio / omnis sexus / omnis etas. Inter hos accessit vnus: q̄ solus excludi meruit: quia habitum taliū nuptiarū sanctitati congruentez non habuit. Attēdite fratres: iste vnus / multi sunt: t tñ hecto ta multitudo vnitatis noie comprehēditur. Multi enī sunt quātū ad numerū personalis discretionis: sed vnus sunt per cōsonantiā vnꝰ p̄cordie. Sicut enī ecclesia vna est p fidē sub capite christo: ita tota reprobozū multitudo siue pateat siue lateat / vnū corpus est sub principe diabolo. Qui ergo p

Annotatio infidelitatem manifeste a deo recedit:ad has nuptias nō ac-
numeralis cedit.Qui vero infidelis est accedit corpe: recedit mēte:no-
ordinis ser biscū intrat ecclesiā:cōmunicat nobiscum xp̄i mēsam.Boni
monū hu- et mali pisces adhuc latēt intra rhetia:donec diuidantur in
ius operis littore.Adhuc toleratur palea:donec ventiletur area.Tunc
Mat.xxiij. manifeste apparebit:q̄ multi vocati:pauci electi.Tunc iste
C adulterator habitus nuptialis:iussu patrisfamilias et mani-
feste excludetur:t in carcerem retrudetur.Interim tñ amici
☞ spōsi talem simulatorē nō ignorāt:quia habitus impudicus
corporis:nuncius est adulterini cordis.Impudicus autem
habitus corporis est in viris:superflua t inordinata capilla
tura:vestimentorūq̄ muliebriū affectata similitudo:calcia-
mentorū quoq̄ metas necessitatis excedēs simulata lōgitu-
do.In mulieribus facies fucata:virilis vestimētorū imita-
tio:capillorū natiui coloris adulteratio.Hic habit⁹ vtroq̄
sexu adulterinus ē:et sanctarū nuptiarū societate indignus
D et a cōspectu tāti spōsi:t tante spōse prorsus amouēdus.Nec
silentio preterire hoc debēt amici sponsi:diligētes decorem
domus dei.Debent huiusmodi adulteris publice oblatrare
Esa.lvj. ne dicatur de eis.Canes muti latrare nō valētes.Qui enim
quantitatem vel formā quam omnipotēs et prudentissimus
Esa.xlv. plasmator finxit:in aliā transfigurare cōtēdit:nōne euidēter
Roma.ix. dicere ei videt q̄ se finxit.Cur me fecisti sic? Improba temeritas p̄ditoris plasmata vilificare:vt quantitatē suā t formā
quantū in se est:i aliud transfiguret:qō sua natura haberet in
cōparabiliter se habere voleret.Nec ista dicim⁹ a quob tanq̄
ex nobis.Habem⁹ patres nostros doctores egregios q̄ ante
nos cōtra ista scripserūt:et irrefragabili auctoritate dānaue
runt.Audiamus paulū doctorem gentiū:de superflua capil-
j.Cor.xj. latura dicētē corinthijs.Ur si comam nutriat:ignominia ē
illi.Cū enī vir ex dei ordinatione primatū habeat supra mu
lierem:qui cōtra honorē sui sexus superfluitate capillorū ca-
put velat:primatū suū sibi abiudicat:vt merito de eo dicat.
Pō.xlviij Homo cū in honore esset nō intellexit: p̄paratus est(vt vera
xj.q.iij.pri dicamus)non tñ mulieribus:sed etiā tumētis insipiētibus.
uilegium. Iudicio enim legū iure ab obtēta dignitate deijcitur:q̄ pri-
lxxiij.dis. uilegio sibi cōcesso abunt.Audiamus et beatū Cypr̄ianum
vbi ista. egregiū martyrē t suauissimū doctorē:de adulterino habitu
disputātē.Dicit enī in epistola quā scribit de habitu v̄ginū.
E Opus dei et factura eius et plasma eius:nullo modo adulte-
Cypr̄ian⁹. rari debet in habitu flauo colore vel nigro: vel q̄libet deniq̄
liniamenta naturalia corrumpēte medicamine.Dicit enī deus
Gen̄.j. Faciamus hoīem ad imaginē et similitudinē nr̄am: t audet
quisq̄ mutare et cōuertere qō fecit deus? Manus deū offen
dunt:qñ id quod ille formauit reformare t transfigurare cō-
tendunt:scientes quod opus dei est omne qō nascit:diaboli
quodcūq̄ mutatur.Si quis pingendi artifex vultū alicuius
et speciē t corpis qualitatē emulo colore signasset:t signato
tam cōsummatoq̄ simulacro:manus alius afferret:et tā for-
mata:tam picta:q̄si peritior reformaret:grauis prioris arti
ficis iniuria t iusta indignatio videretur.Et in sequētibus.
Non metuis ne cū resurrectionis dies venerit:artifex tuus
nō te recognoscat:et ad sua p̄mia et p̄missa venientē remo
ueat et excludat:in⁹ epans vigore censoris et iudicis dicat.
Opus hoc meū non est:nec imago hec nostra est:cuz te flauo
medicamine polluisti:cū formā quam dederā tibi:mēdacio
deformasti:facies corrupta ē:mēbra aliena sunt:deū videre
nō poteris:qñ oculi tibi nō sunt quos deus fecit:sz quos dia-
bolus infecit.Audite me itaq̄ vt parentē:audite queso vos
docentē:pariter ac monentē.Audite vtilitatib⁹ vestris t cō
modis fideliter cōsulentē.Estote tales quales vos deus ar-
tifex fecit:estote tales q̄les vos manus patris instituit.Ma
neat ī vobis facies incorrupta:cerux pura:forma sincera.A
calciamētis supfluis pedes liberi:crines nllo colore fuscati:
F oculi cōspiciēdo deū digni.Apostoli vox ē:quē dñs vas ele-
j.Cor.xv. ctionis appellauit.Dicit enī.Primus hō de terra terrenus
secūdus homo de celo celestis.Sicut portauimus imaginē
terreni:sic portemus imaginē celestis.Hāc imaginē portat
v̄ginitas:portat integritas:portat sanctitas et veritas:por-
tant discipline dei:memores iusticiā cū religione retinētes:
stabiles in fide:hūiles in timore:ad oēm tolerantiam fortes
ad sustinendā iniuriā mites:ad faciēdam mīam faciles:fra-
ternapace vnanimes atq̄ cōcordes.Quia omnia obseruare
diligere t implere debemus:vt apostoli p̄ceptū adimplea
mus.Empti estis p̄tio magno:glorificate t portate deum j.Cor.vj.
in corpore vestro.Deum enim in corpore nostro portam⁹:cū
imaginem eius per immundas et pphanas adinuentiones
non deformamus:cū per omnia seruitutis obsequia redem-
ptoris imperio parere studemus.Ita enim imaginem suam
in nobis recognoscet:t nuptiali veste ornatos a suo sctōrūq̄
consortio non excludet:quod nobis miseric⁹diter p̄stare
dignetur:q̄ viuit et regnat de⁹ per oīa secula seculorū.Amē.

C In eadem dñica.De continentia.Sermo.ij.

Sermo ccxlviij.

Admonet nos lex diuina t exhortatur fratres cha-
rissimi:vt cōcupiscentiam huius mūdi deuitātes
A continentie salubri operā demus:ne nos illecebra
voluptatum per varia ducat desideria:et laqueo
mortis irretitos:i p̄cipitiū et voraginē tradat inferni.Lo
quitur sapiētia homini et dicit.Post cōcupiscētias tuas nō Ecc.xviij.
eas:t a voluntate tua auertere.Si p̄stes aīe tue cōcupiscē-
tiam eius:faciette in gaudiū inimicis tuis.Amor eni istius
mundi:parit inimicitiā dei.Unde scriptū est.Qui vult ami- Jaco.iiij.
cus esse huius seculi:inimicus dei constituitur.Hoc enī apo
stolus sciēs iohānes:persuadet nos et dicit.Nolite diligere j.Johā.ij.
mundum:neq̄ ea q̄ in mūdo sunt.Si quis dilexerit mundū:
non est charitas patris in illo:quia omne quod in mundo est
cōcupiscētia carnis est:et cōcupiscentia oculorū:et superbia
spūs.Hoc et coapl⁹ eius paulus rursus monet t dicit.Qui j.Cor.vij.
emunt sic sint quasi non possidentes:t qui hoc mūdo vtūtur
quasi nō vtantur:preterit enim figura huius mūdi.Unde et
ipse saluator in parabola sua ostēdit:q̄ diuitie t voluptates Mat.xiij.
seculi suffocāt verbū:ita vt nō referat fructū.Et alibi p̄cep-
it dicens.Qui vult venire post me:abneget seipm:et tollat Mat.xvj.
crucem suā et sequat̄ me.Et itē.Qui non renunciauerit in- Lu.xiiij.
oibus que possidet:nō potest meus esse discipulus.Decigit
cōsiderātes fratres charissimi:perpēdite quantū necessaria
vobis sit continentia:per quā xp̄i discipulatui condignī:ad
regnū potestis cū eo venire perpetuū.Continentia vero t so
B brietas nō in sola integritate carnis cōsistit:sed etiā in cultu
t ornatu:vita pariter t moribus cōsistit.Debet enī vnusq̄sq̄
cōtinēs esse ab oībus illicitis.His aūt q̄licita sunt debet cū
modestia t sobrietate vti.Nō enim decet xp̄ianum seculi lu-
cris inhiare:cui p̄missum ē regnū celeste:sed suo domino p
cōtinētiā cōdigne viuere:vt possit cū eo in ppetuū gaudere.
Castitatē debet amare:t fornicationē fugere.Non auaritie
studere:sz victu t vestitu cōtentus esse:nō supbire:neq̄ spe- j.Timo.vj
rare in incerto diuitiarū:sed humiliter sentire:et mūdi pōpā
contenere.Non debet esse vaniloquax et arrogans:nō men-
dax neq̄ iniuriosus:neq̄ bilinguis:non susurro neq̄ detra-
ctor:sed veritatē debet ex ore t corde pferre.Liguam suam
a multiloquio temperare:q̄ scriptū est.In multiloquio non puer.x.
effugies peccatū.Oculos contra vanitatē claudere.Auditū
a scurrilitate t falsitate:immo ab oīni eloquio malo auertere
Risum excelsum et excussum nō amare.Guttur et nasum ad
illecebrā dulciū ciborū t suauiū odorū non libēter adhibere:
sed magis bonū et suauem odorē virtutū appetere.Manus
et pedes et oīa membra corporis sollicite custodire:ne fiant
arma iniquitatis peccato:sed magis potentie arma deo ad Roma.vj.
destruendū spiritalē inimicum.Cor quoq̄ debet miles xp̄i
ante oīa sollicita custodia seruare:ne forte illud iactantia ex C
tollat:ira inflāmet:inuidia perforet:auaritia infestet:libido
exurat:tristitia grauet:torpor et ignauia oneret.Et ne illud
qō cūctis grauius ē:p nouitatū p̄sumptiones hereśis scin
dat.Qui enim cordis occulta p cōtinentiā quieta seruare in
tus cōtēdit:vtiq̄ t mēbra corporis facilius cōtra prauos act⁹
foris custodit.Scriptū est enī.Omni custodia serua cor tuū puer.iiij.
q̄ ex ipso vita p̄cedit.Itē alibi.Mors tecū in introitu dele
ctationis posita ē.Et saluator in euāgelio.Bonus inquit hō Matth.xij
de bono thesauro cordis sui p̄fert bonū:et mal⁹ hō de malo
thesauro cordis sui p̄fert malū.Et item:de corde ait:exeūt Matth.xv
cogitationes male:homicidia:adulteria:fornicatiōes.Cū
ergo fratres de cordis radice fruct⁹ siue bōi:siue mali exeāt
necesse est vt primū cor mūdemus:deinde carnē nostram p
teiunia et vigilias t labore vtiē castigem⁹:ne carnis libido
mentē maculet.Difficile est enī vt in delitijs viuētes:mūdū D
cor habeāt.Inde dixit ap̄l⁹.Castigo corpus meū:t in serui j.Cor.ix.
tutē subijcio:ne forte cū alijs predicē:ip̄e reprobus efficiar.
Et itē.Qui aūt xp̄i sunt(ait)carnē suā crucifixerūt cū vitijs t Gal.v.

Titū.ij. concupiscentijs. Sobrie quippe et pie viuam⁹ in hoc seculo expectantes beatam spem: et aduentum glorie magni dei: et saluatoris nostri Jesu xpi: qui dedit semetipsum p nobis vt nos redimeret ab omni iniq̄tate: ⁊ mundaret sibi populū acceptabilem: sectatorem bonorū operum: vt cū venerit in manifestatione sua cū sanctorū angelorū milibus: p bonis laboribus ⁊ sancta cōuersatione reddat nobis p̄mia vite eterne pot⁹ q̄z p̄ro desidia et voluptate p̄sentis vite cruciatū retribuat
Mat.xvj. sempiternū: quia veraciter de eo scriptū est: qō reddat singu
Roma.ij. lis fm opera: iesus videlicet xps: qui cum patre et spūsancto viuit et regnat deus: per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Dñica vicesimaquinta. De castitate et mundicia. Sermo.j.

Sermo ccxlix. A Watth.v. Sapiē.j. B Eccī.xviij. puer.v. C puer.vj. j.Cor.vij. j.Cor.vij. j.Cor.x. D Leuit.xix j.Johā.j.

Coronam et insignem inter ceteras ⁊tutes castitas ⁊ mūdicia locū tenet fratres charissimi: quia ipsa sola ē que mūdas mētes hoīm p̄stat videre deū. Unde ipsa veritas ait. Beati mundo corde: q̄m ipsi deum videbūt. Ac si ecōtrario diceret. Illi vero miseri sunt quor⁹ corda sunt carnali cōcupiscentia polluta: quia eternas merguntur in penas. Castitas enim angelica ē vita castitas cū hūilitate p̄ssancti merebitur habitationē: quā⁊ expellit immundicia libidinū: dicēte scriptura Corpus peccatis subditū spūssanctus effugiet. Mēbra nostra debēt deo esse dicata: nō fornicatiōi. Opponat homo desiderio carnis sue eternorū flammas tormentor⁹. Assuescat iuuenis castitatem: vt sit dignus sapiētia dei. Ubi immundicia ē corporis: ibi habitatio diabolici spūs: qui maxime gaudet in inquinatione carnis nostre. Oēs immūditie deo displicēt: ⁊ maxime que non sunt naturales. Admonet itaq̄ nos scriptura sancta dicens. Post concupiscētias tuas non eas: ⁊ a volūtate tua auertere. Si p̄stas aīe tue cōcupiscentias eius: faciet te in gaudiū inimicis tuis venire. Eiusmodi quoq̄ salomō sapiētissimus p̄ferebat sentētias de cauēda immundicia dicēs. Fauus distillans labia meretricis: et nitid⁹ oleo guttur ei⁹ nouissima aūt illius amara quasi absinthium: et acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descēdunt ad mortē: ⁊ ad inferos gressus illius peneträt. Per semitam vite non ambulāt: vagi sunt gressus illius et inuestigabiles. Mūc ergo fili audi me: ⁊ ne recedas a verbis oris mei. Longe fac ab ea viā tuā: et ne appropinques fori⁹ius domus eius. Hoc siquidem nō solū de meretricū immundicia dixit: sed etiā de oīm carnis cōcupiscētia: q̄ sollicitat aīam suā consentire suis desiderijs. Sed rationē mētis p̄hibere debet impetus carnis: ⁊ refrenare voluptates eius iniquas. Itē ille qui supra p̄hibet cohabitationem femina⁹: iuuenibus dicit. Nunq̄d absondere p̄t homo ignē in sinu suo: vt vestimēta illius nō ardeāt: aut ambulare super p̄runas: et nō cōburent plante eius? Sic qui ingreditur ad mulierem p̄rimi sui: nō erit mūdus cum tetigerit eam. Similiter et beatus ap̄ls admonet nos. Bonum est inquiens mulierē non tangere: quasi statim in tactu periculū esset. Pulchra est enim casta iuuenū pudicicia ⁊ deo amabilis: ⁊ ad oīne bonū vtilis. Qui filios habet spirituales vel carnales: nutriat illos in castitate deo: non in fornicatione diabolo. Quid p̄dest homini filiū habere: nutrire: amare: si eternis eū nutriat tormētis? Qui in castitate viuunt: angelicam habēt in terris cōuersationē. Castitas hoīem celo coniūgit: angelis facit ciuē. Qui mulierē habet legitimā: legitime vtatur ea tpibus oportunis: vt fm ap̄lm possit vacare orationi: et bñdictionē mereak filiorum a deo accipere. Nemo dicat a fornicatiōe se custodire nō posse. Fidelis enim ē deus (dicit ap̄ls) q̄ nō permittit nos tētari sup̄ id qō portare possum⁹ sed faciet cū tētatione p̄uentū. Talis vnicuiq̄ hōi tentatio datur: siue i carnis desiderio: siue in ambitione sēcli: vel etiā in qua cunq̄ tētationis molestia: qualē aut cūlaude vincere: aut cū opprobrio succūbere poterit. Oibus enim castitas p necessaria est: sed maxime ministris xpi altaris: quorū vita aliorū debet eē eruditio: ⁊ assidua salutis p̄dicatio. Tales enim decet dñm habere ministros: q̄ nulla cōtagione carnis corrumpank: q̄z pot⁹ p̄tinētia castitatis splēdeāt: ⁊ totis honestis fulgeāt i populo exēplis: q̄bus dñs p legislatorē dicit Sancti estote: quia ⁊ ego sanctus sum dñs deus vester. Deus enim lux ē: ⁊ tenebre i eo nō sunt vlle: nec aliqua feditas ei sociari potest. Et ideo fratres charissimi: siue viri siue femine siue clerici: siue laici: fm ap̄li admonitionem: mūdem⁹ nos ab oīi inq̄nāmēto carnis et spūs: pficientes sanctificationē in timore dei. Studeamus vt ei qui ad eternā suam gloriam nos vocauit placeamus: quatenus cū eo feliciter i eternum regnare possimus: p̄stāte domino nostro iesu christo: q̄ cū patre et spiritusancto viuit et regnat.

¶ In eadē dominica. De incauta familiaritate extrancarum mulierum. Sermo. ij.

Ser.ccl. A B C D E F j.Cor.vij. ij.Reg.xj.

Emo dicat fratres charissimi: q̄ temporib⁹ nr̄is martyrū certamina esse nō possint. Habet enim ⁊ pax nr̄a martyres suos. Nam sicut frequēter suggessimus iracūdiam mitigare: libidinē fugere: iusticiam custodire: auariciam contemnere: superbiā hūiliare pars magna martyrij est. Nō incōgrue dictū est fratres charissimi. Auariciam cōtemnere: iracundiā mitigare: libidinē fugere. Contēnenda est enī auaricia: q̄ nobis ideo iniqua lucra p̄curat vt suos faciat nos. Nostri enim essem⁹ si illa nō esset. Cōtemnēda est inquā auaritia: q̄ velut ignis quāto magis acceperit: tanto amplius querit. Iracundia vero mitiganda est: q̄ p̄rius nocituris impedit q̄z nocēdis. Que autē libidinem fugiendā esse suggerimus: apostolus paulus euidenter ostēdit: qui cū oībus vitijs p̄dicauerit resistendū: dū cōtra libidinē loqueretur: non dixit. Resistite: sed fugite fornicationē. Ac si contra reliq̄ vitia deo auxiliāte debem⁹ in p̄senti resistere: libidinē vero fugiendo superare. Sic et alibi in scripturis diuinis legimus. Moli inquit in faciē virginis intēdere: ne te scandalizet vultus eius. Et btūs ioseph vt impudicam dñam posset euadere: pallū quo app̄ehēsus fuerat reliquit et fugit. Ergo cōtra libidinis impetū app̄ehende fugā si vis obtinere victoriā. Nec tibi verecundū sit fugere si castitatis palmā desiderat obtinere. Unde fratres charissimi ab oībus xpianis: p̄cipue tū clericis siue monachis indigna ⁊ inhonesta familiaritas fugiēda ē: q̄z sine vlla dubitatiōe qui familiaritatē non vult vitare suspectam: cito dilabitur in ruinā. Sed forte negligēs quisq̄ ⁊ minus de aīe sue salute sollicit⁹: respōdet ⁊ dicit. Ecce ego ⁊ familiaritatē habeo mulierū extranearū: ⁊ tū castitat⁊ oīnamēta custodio Infelix est et nimiū periculosa ista p̄sumptio. Multi enim dum se putabant vincere victi sunt. Sed dicit aliquis. Inter mulieres extraneas habitās cōtinentiam teneo: et volo habere quod vnicam. Quid est dicere. Volo habere q̄ vnicā: nisi viuere desidero sub ruina? Sed ego inquit libidinis impetum tanq̄ aduersariū meū volo captiuū iugiter retinere. Vide ne cōtra te incipiat ip̄sa captiuitas p̄ualere: ⁊ vbi te putabas obtinere triūphū: inde eternū incurras opprobriū Inter oīa xpianorum certamina sola duriora sunt p̄relia castitatis: vbi quotidiana est pugna et rara victoria. Grauem castitas sortita est inimicū: qui quotidie vincitur et timetur. Et ideo sicut iam dictū est: nemo se falsa securitate decipiat nemo de suis viribus periculose p̄sumat: sed audiat ap̄lm dicentē. Fugite fornicationē. Dauid enī ille sanctissimus in mille passib⁹ mulierē nudatā vidit ⁊ statim hōicidiū fecit ⁊ adulteriū. Et aliqui i aliena domo cū extraneis mulierib⁹ putāt se castitatis obtinere triumphū: ignorātes dupliciter se apud deū reos existere: dū et seipos in periculū mittunt: ⁊ alijs exēplū puerse familiaritatis ostendūt. Quāticūq̄ enī illorū stulticiā imitātes p inhonestā familiaritatē castitatis oīnamēta p̄diderint: illor⁹ aīe ab illis in die iudicij req̄rētur q̄ eis exēplū p̄ditionis ostendūt. Et ideo fratres charissimi cōtra mortifera blādimenta: et cōtra adiutores diaboli qui familiaritate suspectā habere nec metuūt nec erubescunt: ne nos exēplo suo decipiāt dei adiutoriū implorem⁹ iugiter: vt nos de laqueo venantiū liberare dignet: scientes in malis oībus q̄ sup̄a diximus xpianis quotidiana martyria deesse nō possunt. Si enī castitas et ⁊tas et iusticia xps ē: sic ⁊ ille q̄ eis insidiatur p̄secutor ē: et ille q̄ ⁊ in alijs defendere et in se custodire voluerit: martyr erit. Et ideo q̄ hec tota aīmi ⁊tus te et ipse diligit ⁊ vt alij diligāt: et vbis simul ⁊ exēplis ostēdit: et vbicūq̄ veritas vel iusticia siue castitas laboret: q̄ tū p̄ualet se etiā vltro iugiter ⁊ fm q̄ vires habuerit defendere cōtēdit: nō vnā ⁊ plures coronas deo remunerāte p̄cipiet Et vt hec obtinere cū dei adiutorio mereamur: nō solū ab extrancarū mulierū familiaritate: ⁊ etiā ancillarū nostra⁊ vel

Annotatio quarumcūq; vicinarū aut filie aut alūne aut ancille vnusq;q; numeralis familiaritatem vel secretā collocutionē vitare cōtēdat: quia ordinis ser quanto earū vicinior cōditio:tanto facilior ruina ē. De famimonū hu familiaritate enī talium salomō nos admonet dicēs. Nunqd allius operis gabit quis ignē in sinu suo ⁊ vestimēta ei⁹ non ardebūt? Aut puer.vj. ambulabit quis sup p̄runas et nō cōburentur plante ei⁹? Et Ubi.ē. illud. P̄reciū meretricis vix dimidiū panis: mulier aūt p̄ciosam viri aīam capit. Et quanta iniquitas ⁊ q̄ lugēda peruersitas:ita vt aīam quā xp̄s sanguine suo redemit: luxuriosus dsq; ppter vnū⁹ momēti delectationē libidinis diabolo vendat. Flere enim nimiū plangēda: ⁊ miserāda cōditio est: vbi cito p̄eterit qō delectat et p diabolū in cruce manet sine fine quod cruciat. Sub momēto enī libidinis impetus transit et opp̄obriū infelicis aīe pmanet. Sz dicit aliq̄s. Homo iuuenis sum:facio qō me delectat:⁊ postea penitentiam ago. G Hoc ē dicere:p cutio me gladio crudeli:⁊ postea ad medicū vado:⁊ nescit q̄ vnī⁹ hore in p̄ncto vuln⁹ accipit: et vix lōgo tpe ad sanitatē p̄ristinaz reuocatur. Qui enī adulterās: dicit se postea penitētiā acturū: quare nō timet ne eū subitū periculum superueniēs rapiat:⁊ pereat illi delectatio:⁊ succedat illi dānatio? Et de infelici libidine vnde sup̄a diximus credēdum ē illud qō pp̄ha dixit. Quomodo cōfractus ē malle⁹ vniuerse terre? Cuius aūt post aduētū dñi p innumerabilia monasteria:et p cleros vel laicos castitatē seruātes q̄si cōfractus esse malleus videat ille:adhuc tū quod peius est multo plures sunt:qui ab ipso malleo cōfrīgunk: q̄ illi qui de ruina vel collisione ipsius liberant. Unde iterū atq; iterū rogo: vt diligētius cōsiderem⁹:et quantum possumus timeamus qō Watth.v. dñs in euāgelio dicit. Qui viderit mulierē ad cōcupiscēdum eā: iam mechat⁹ est eā in corde suo. P̄ro q̄ re sicut iā dictū ē nosolū ab extraneis mulieribus sz etiā ab ancillis p̄priis refrenāda ē ⁊ secreta familiaritas ⁊ oculorū incauta fragilitas. Ne impleatur ī nobis illud qō terribiliter pp̄ha clamat Hiere.ix. Intrauit mors p̄ fenestras vestras. Per quas enī fenestras mors ad aīas nr̄as ingredit: nisi p visum oculorū:⁊ auditum aurū? Si p linguam aut amico tuo aut seruo tuo iusseris vt ad te meretrix adducak: p os tuū ad aīaz tuā gladius eterne mortis ingredit. Si enim p silū malū libēter audieris: si detrahentē vel aliq̄d luxuriose loquentē: aut etiā cātica turpia p̄ferentē non respuis: p cordis fenestrā mors intrauit ī aiam tuā. Et quia dñs dixit. Qui viderit mulierē ad cōcupiscēdā eā: iam mechatus est eā in corde suo: intelligitur: q̄ voluntas p̄fecta faciendi reputabit⁹ p ope facti. Ac sic dū aliq̄s libidinoso aīo cōsiderat: p fenestrā cor pis i secretū cordis venenū mortis instillat. Talis enī cogitatio etiā si aliquo impedita casu nō impleat voluntatē suā: nihilominus actionis crīmie p̄demnatur a dño. Ac sic illa casta ē cū qua libidinis malum voluit exercere: et ille iā adulter teneb⁹ corde. Et ideo audiamus pp̄hetam dicentē. Oñi custodia cōserua cor tuum. Et puer.iiij. illud. Auerte oculos meos ne videāt vanitatē. Quō enī si alips.cxviij. quis carbones ignis ap̄hēdat: si eos cito piecerit nihil nocebūt: si vero diutⁱ⁹ tenere voluerit: sine vulnere eos iactare nō poterit. Ita ⁊ ille q̄ ad cōcupiscendū oculos desixerit: ⁊ libidinis malū in cor⁹ suscipiēs moras in suis cogitationib⁹ habere pmiserit: excutere eas a se sine aīe occisiōe vel plaga Pš.xxiiij nō poterit. Et ideo cum pp̄ha iugiter clamemus. Oculi mei semper ad dñm: qm̄ ipse euellet de laqueo pedes meos. ⁊c̄.

¶ Item in eadē dñica: de eo qō scriptū est in euāgelio fm Johannē. Cū subleuasset ihesus oculos Johan.vj. ⁊c̄. incipiēs: Miracula q̄ fecit dñs. ⁊c̄. q̄ sumpta est ex expositiōe docto. tra. xxiiij. fo. clxxj. col. iij

¶ Dñica vicesima sexta si occurrat: de eo qō scriPš.xlv. ptum est. Vacate ⁊ videte qm̄ ego sum deus. ⁊c̄. Ser.j. Jn q̄ ostēdit cur festa sctōrū celebrant: nec nō ab⁹ pulegijs dñica dies p̄e ceteris decorek.

